












MATTHEVS CAPVCINORVM ORDINIS SANCTI FRANCISCI RE-
STAVRATOR IN ITALIA EXISTENS TEMPORE CLEM VII PONT. MAX.

ARTIFICIOSÆ MEMORIÆ FVNDAMENTA,

EX ARISTOTELE, Cicerone, Thoma Aquinate, aliísque præstantissimis Doctoribus petita, figuris, interrogationibus, ac responsionibus clarius quam vnquam antehac demonstrata,

A D. IOAN. PAËPP. *Galbaico.*

CVI ETIAM PRÆTER MODVM commodiorem eadem sine locis præstandi quæ cum illis, alia nonnulla eiusdem artis hactenus inaudita adiunguntur.

Musarum mater memoria est: Plato.



LVGDVNI,
Sumptibus Auctoris: & venundantur.
Apud Batholomæum Vincentium.

M. DC. XIX.

Cum Priuilegio Cæsareo & Galliarum Regis





ADMODVM ILLVSTRI AC GENEROSO D. DOMINO Philippo Comiti & Nobili Domino in Lippia, &c.

EIVSQVE PRÆFECTO Aulæ Nobilissimo ac Prudentissimo D. Domino Mauritio ab Oijenhausen, hæreditario in Felmede, &c.

Posteaquam Comes Generosissime in vrbem Lugdunensem reuersus fui, ac per valetudinem in Germaniam, quam alioqui certas ob causas cogitabam, progredi non liceret, frequentes me ex necessariis adeunt, ac præsertim de Memoria artifi-

ciosa consulant, quibus cum ea quæ de hac in mea officina habebam candidè depromerem, ac ruditer papyro committerem, rogant vt hæc typis ad suum ipsorum vsum mandari paterer. At ego contra nefas esse dico lucem intueri fœtum imperfectum, mutilum, membrisque adhuc incompositum: nec mihi nunc otium esse eius quod tumultuario opere deprompseram in chartámque conieceram exemplar describendi, extremamque manum ac limam addendi. Ecquid inquam superciliosi illi critici dicent, qui τῆς ἀληθείας ὀλιγωροῦσι, & ad conuitia duntaxat nati sunt? cum hoc indigestum, inconcoctum, crudúmque videbunt opus? ecquid delicatuli illi quibus sapidissimi, delicatissimique quique cibi etiam insipiunt, inquient, cùm hunc grossum cibum extremis degustabunt labris? ecquid illi quibus verè delicatæ aures sunt, quorúmque iudicium lubenti subirem animo, si ali-

quæ

qualem in præsenti materia laborandi copiam habuissem, ecquid inquam hi veri rerum æstimatores asserent, cum opus hoc vnius duntaxat hebdomadæ intuebuntur? cum sapientiores etiam post multos annos benè ruminata meditatáque scripta vix publici iuris fieri patiantur? At illi instant quis omnium dentes effugerit? tu ad nostram hoc facies vtilitatem, nobis hæc placent quibus displicent à lectione abstineant. tu hoc quale quale paternos lares repetẽs amicitiæ nostræ relinques pignus: his obsequi, vt nihil semper antiquius habui, ita ne inuidorum calumnias incurram, etiam atque etiam quam diligentißimè caui. Quare ad horum audaciam comprimendam mihi ad nonnullos auctoritate iuxtà ac virtute maximos confugiendum fuit. Confugi autem imprimis ad Te Comes Generosißime, sperans planéque confidens, Te pro ea qua in me es huma-

nitate, patrocinium mei ſuſcepturum, quoties enim Te domi veſtræ ſalutatum venio, tanta familiaritate liberalitatéque me ſuſcipis vt Te hanc prouinciam mei cauſa ſuſcepturum vix dubitem, imo perſuadeam cum me ad Parentem Tuum felicis recordationis reflectam, qui quantus ſtudioſorum Mecœnas extiterit, quantúſque in omni literarum genere fuerit quis ignorat? Quam ego vel vnam vel præcipuam crediderim cauſam cur Sacræ Cæſariæ Maieſtati ſummus à ſecretis fuerit, cur Generalis Dux totius exercitus, ad patriam noſtram ex improborum manibus eripiendam conſcriptus ab Imperatore Rudolpho ſecundo, totóque Imperio Romano non ſine inuidia Illuſtriſſimorum Principum electus. cur denique ſummis infimíſque cùm ſubditorum, tùm aliorum ita gratus acceptúſque fuerit, ac ſi fuiſſet πεπλασμένον ἐκ Διὸς ἔργον. huius virtutes vt in aliis omnibus

nibus æmularis, & feliciter quidem, ſic Te in hoc philomuſarum patrocinio deficere non ſperem. Quamobrem Tibi duo literatiſsimi iuxtà ac ſapientiſsimi accerſiti ſunt viri, qui ſuo exemplo Tibi currenti ad omnes virtutes ſcientiaſque calcar addant, qui latentes in Te ac ſopitos quà naturæ, quà gratiæ igniculos ſermonis ſui afflatu frequenter ſuſcitent, qui Te in lubrico ætatis conſtitutum, ac in labyrintho ſtudiorum errabundum prudentiæ ſuæ tanquam Ariadnes filo dirigant, ac ſexcentis errorum difficultatúmque mæandris, & anfractibus peregrinantibus obuia explicent, cum frequenter iunioribus τὰ μὴ καλὰ, καλὰ πέφανται. ac ideo tam laudabilem breuiſsimo temporis ſpatio in omnibus Tuis exercitiis feciſti fructum. Alter quidem nobiliſsimus Dominus *Dominus Mauritius ab Oÿenhauſen vir μακρῷ πάντων βαρύτερος ac omnibus ſcientiis, ſecretioribúſque artibus nobili-*

homine dignis mirificè deditus, cuius in sermone humanitatem, in conuersatione comitatem, in agendo prudentiam admirantur omnes, qui nihil quod ad Tuam filiorúmque suorum instructionem ac vtilitatem facere videtur omittit, & hactenus se mihi ita familiarem, liberalem, ac mei studiosum exhibuit, vt non videam quomodo vel minimæ eius parti beneficiorum in me congestorum satisfaciam, qui & si mei (vt eum certò facturum scio) tutelam susceperit, non paruum ad reliqua mihi præstita beneficia addet cumulum, ac me sibi semper deuinctum habebit. Alter Ioannes Vvipperman vir doctissimus, & profectui Tuo in optimarum artium studiis addictissimus mihique familiarissimus. Hæ multæque aliæ causæ quas hîc recensere nihil attinet me impulerunt, cur hasce Vobis, si dici liceat, lucubrationes volens, lubens dedicem ac inscribam, vt animo aduerta-

tis

tis quod ἦ ῥα δικαίοις ἀνδράσιν εὐσεβίης, οὐκ ἀπόλωλε χάρις. *Ac simul obsides sint meæ erga nomen Tuum, Magne Comes, totiusque familiæ ac aulæ obseruantiæ perpetuæ.* Lugduni Cal. Martij.

Vester humillimus seruus Ioannes Paëpp.





ILLVSTRI, GENEROSOQVE D. DOMINO MAXIMILIANO BARONI de VVALLENSTEIN Domino in Hradeclh, Sazavva Lovvositz, Sellevvitz ac Mileticz. Potentissimi Regis Bohemiæ, nec non Serenissimi Ducis Bauariæ Maximiliani Camerario, &c.



Non eram nescius Generosissime Domine Maximiliane, cùm quæ de Artificiosa Memoria in chartam conieceram, ea ex necessariorum rogatu typis mandarem, fore vt hoc meum in amicis obsequendi studium in varias reprehensiones incurreret.

Nam quibusdam & iis quidam eruditis tota hæc ars displicet, ac in alia omnia abeunt. quidam autem eam non to-

tam reprehendunt : ſed tantum ſtudium, tamque multam operam in ea ponendam minimè operæ pretium arbitrantur. Erunt etiam & hi quidem docti artis mnemonicæ contemnentes topicam, dicentes eam ſe ſectantes phantaſticos efficere. cum quibus & ego facio ſi talem putent phantaſticum, qualem Ariſtoteles lib. 3. de anima appellat intelligentem, quem neceſſe eſt phantaſmata ſpeculari, vel ſi Ariſtotelem ipſum, Ciceronem, Thomam Aquinatem phantaſticos fuiſſe arbitrentur. Poſtremo aliquos futuros ſuſpicor, qui vos ad alias artes ac ſcientias vocent, ſtudium hoc etſi ſit pueris ac tyronibus literarum perneceſſarium, eruditioribus tamen ac politioribus vtile eſſe negent. Contra quos omnes cum latius agendum eſſet, quia tamen nec occaſio, nec tempus hoc fert, aliud mihi faciundum arbitratus ſum : ac aliquos auctoritate & virtute excellentes his opponere, qui ora iis, ſi ita opus foret, obſtruere poſſent. ac quod caput eſt, vt me quam primum bonis de me benè meritis gratum præberem, & ingrati animi cri-

men

men non incurrerem, cuius profectò ſecundum Lucianum argui poſſem, niſi primam oblatam occaſionem gratiæ referendæ arriperem. Hic ſic inquit lib. 1. Epigrammatum.

Ωκεῖαι χάριτες, γλυκερώτεραι. ἢν δὲ βραδύνῃ
πᾶσα χάρις κενεὴ. μηδὲ λέγοιτο χάρις.

Gratia quæ tarda eſt, ingrata eſt, gratia namque
Cum fieri properat, gratia grata magis.

ac ſic ex eâdem fideliâ duos parietes dealbabo. Scis enim & ego ſemper memori mente tenebo, quibus me affeceris donis, quantâ comitate me Te inuiſentem ſuſceperis, quantâ humanitate me ad Te inuiſendum frequenter inuitaueris, quantâ animi in me propenſione omnia mihi officiorum genera obtuleris. Et facis hæc quidem nullo meo merito, ſed ſolâ Tuâ gratiâ, imitans virtutes parentis Tui Generoſi Domini Domini Adami Baronis de Vvallenſtein &c. S. Cæſareæ Maieſtatis conſiliarij ac Camerarij. Supremique Satrapæ Regni Bohemici &c. Cuius Prudentia, vt cætera illius præclara facta ac

vir

virtutes ſilentio inuoluam, vel in eo maximè elucet, quod Te ex humilibus iſtis, & plebeis animis vt inquit Lipſ. Cent. 1. Epiſt 22. eſſe noluerit, qui domi reſident, & affixi ſunt terræ ſuæ; verum ex illis diuinioribus, qui cœlum imitantur & gaudent motu.

Quare & Te ductori commiſit, vel adiunxit Domino Philippo Fortunato viro multarum rerum experto qui iam antè ſecundùm Hieroſolomitanam adiuerat vrbem, frequenter Italiam, Franciam, Hiſpaniam, Angliam, Belgium, Daniam, Suetiam, Poloniam, Bohemiam, Germaniam denique ipſam peragrauerat, cuius ductu iam tum Melitenſem Inſulam adiiſti, Italiam totam tranſiuiſti, & feliciter Galliam attigiſti. in qua ſanè profectione ita laudabiliter Te geſſiſti, vt ipſe ſummus Pontifex Paulus V. Tuis virtutibus allectus Te ad ſe inuitauerit, & familiarem frequenter Tecum conuerſationem habuerit. Quapropter & ego Tibi congratulor, καὶ εὐδαιμονίζω σε τῆς ἀρετῆς οὐδὲν γὰρ ἐστι κτῆμα σεμ-

σεμνότερον, ἡ ἀρετὴ. ac hoc grati animi mei καὶ τῆς πρὸς ἡμᾶς φιλίας τεκμήριον Tibi offero.

Tuæ Generositatis
ſtudioſiſſimus

IOANNES PAËPP.



ILLVSTRI AC GENEROSISSIMO D. DOMINO ZBYGNEO Goraiski de Gorai, &c. studiorum studiosorúmque patrono ac fautori maximo. S.



AGNVM est Dei donum Generose admodum Domine, si quis gente sit nobilis. maius si quis mente. maximum si vtraque. Sicut enim gemma palæ annuli inclusa gratior quàm si annulo ferreo indita, vel etiam sola iaceat; ita & nobilitas mentis, virtus puta atque doctrina clarius relucet in generoso pectore. *Hunc Lypsij locum* Tibi *comprimis* G. D.

accommo

accommodari posse mihi semper visum fuit. Quod enim ad primum attinet annales Polonicæ gentis abundè testantur ita antiquam præclarámque esse Tuam Prosapiam, vt cum præcipuis quibúsque Principibus quà nobilium heroûmque factis, quà potentia opibúsque conferri, si non præponi poßit. adeo vt iam ab hinc aliquot seculis animaduersum experientiáque ipsa notatum sit Illustrem vestram familiam semper aliqua virtute præ reliquis conspicuam, verè NOtaBILEM admirabilémque Sarmatico orbi extitisse. Ac quanquam χαίρομεν ὅταν τις ἐπαινῇ τοὺς προγόνους ἡμῶν. *Ego tamen hîc mihi temperabo, & ad te Generos. Domine Zbygnee meum sermonem conuertam, vnde certissimam longéque Socraticam, alteram citatæ sententiæ partem esse patebit. neque existimes velim me aliquid auribus Tuis daturum.* Μηδένα γὰρ τῶν ἀνθρώ-

των καλεύειν ἕνεκα μισθοῦ βούλομαι. *Sed quæ veritas poſtulat, quæ ratio exigit, quæ in omnium oculos incurrunt, ea candidè recenſere ſapientum puto debere offendere neminem. quotus quiſque eſt eorum quos inter hos exteros nouimus, qui non ſuſpiciat, admiretur, obſtupeſcat Tuum pariter & Patruelis tui Generoſiſſ. & Illuſtriſs m. Domini Ioannis Goraiski de Gorai præclarum viuendi inſtitutum, in conuerſatione comitatem, in vita temperantiam, in ſtudiis literarum aliiſque exercitiis nobili homine dignis aſsiduitatem, vt omnibus veræ virtutis exemplar propoſiti ſitis, ac inter veſtros æquales vt luna inter minora aſtra luceatis. E quibus tametſi amarioribus quandoque radicibus pullularunt ramuſculi illi Tui Gen. Domine Zbygnee variarum artium delicatiſsimi, eruperunt flores illi ſcientiarũ ſuauiſsimi, prouenerunt dulciſsimi*

mi

mi illi multarum virtutum fructus, quibus ceu pretiosissimis gemmis resplendes, ac omnium animos in Tui admirationem rapis. siue enim me ad illa exercitia in quibus iuuetus magnatum delectari occuparique solet conuertam, siue mansuetiores musas spectem, siue grauiora studia intuear in singulis ita excellis, ac si vni soli totam tuam impenderes operam, ac omnes simul æque probè ac singulas nosti. Quare appositè admodum illud Aristoph. de Te dici potest. Δεινὸς εἰς τὰ πάντα. *Et quanquam hic liberius exspatiari possem, & verbosius discurrere per varias artes Tibi familiares, per idiomata diuersa acquisita, per altiores scientias comparatas, quibus præ reliquis multum studij multûmque operæ impendis, & rectè illud quidem, quia maiores maiora decent, tamen hæc omnia volens, lubensque prætereo, & Tuam duntaxat in artificiosa Memoria peritiam ac*

profe

profectum tribus bona Tua cum venia indicabo, quod & ad rē præsentē facit, & quæ causa fuit præcipua cur Tibi tanquam vero, peritóque rerum æstimatori hanc meam opellam iudicandam præsentare volui, quam si Tu non atro calculo notaueris, aliorum iudicium artem hanc eiusque dignitatem ignorantium non reformidabo. Hippias apud Diuinum Platonem tanquam de magno quodam eóque præstanti bono gloriatur, posse se quinquaginta nomina semel audita recitare, at Tu magis, si liceat, gloriari potes, qui non quinquaginta duntaxat, sed centum vocabula vnius quadrantis horæ spatio memoriæ committis, ac quocunque tandem libet ordine refers, multi ἀδύνατον existimant verbo tenus huius artis præsidio textum continuum repeti posse, idque Tullius difficile arbitratur. at Tu illud facile factu inquis, & spatio quartæ partis

vnius

vnius horæ integrum caput ex nouo instrumento memoriæ mandas, & verbo tenus quocunque ordine repetis, cuius egomet auritus sum testis. Frequentes ad cælum vsque extollunt Iulium Cæsarem, quod pluribus scribis diuersas dictauerit Epistolas, at Tu diuersissimas omnino discrepantésque inter se materias quatuor ac fortassis etiam plures, si ita opus foret, dictare potes. Pergas igitur vt facis in hoc studio Generose admodum Domine, Téque aliquando toti terrarum orbi admirabilem reddes, & Corsicum illum adolescentem quem tanto opere extollit ob artem memoriæ lib. 3. Varia. lect. M. Antonius Muretus, longe superabis. Quod si in his etiam quæ nunc ad te porto aliquid non indignum Tuo acumine repereris. magno id mihi honori futurum Generosissimos Tuos impetus meis quibuscunque conatibus augeri. Sin hîc dictum nihil quod non abs Te priùs abundè cognitum sit

animi

animi ſaltem obſeruantis teſſeram hanc Tibi eſſe iube, & eo quo cœpiſti fauore me impoſterum quoque perſequi non dedignere.

Tuæ Generoſitatis Cliens

IOANNES Paëpp.

PEr actum publicum coram Notario iurato. D. Ioannes à Paëpp Galbaicus. author præsentis libri, cedit, & resignat D. Bartholomæo Vincentio ciui & Bibliopolæ Lugdunensi Priuilegium Cæsareum & omnia iura, tam præsentia quam futura, quæque habet & habere poterit, idq; per spatium decem annorum inchoando & computando ab ipso die quo Impressio fuerit absoluta.

Extraict du Priuilege du Roy.

SVyuãt le priuilege & mãdemẽt de S.M. à tous Preuosts des terres de son obeissance& à tous ses amés Iusticiers & Officiers, & à chacun d'eux ainsi qu'il appartiendra, est permis à Barthelemy Vincent Marchand Libraire à Lyon, d'Imprimer vendre & debiter les liures intitulez. *Fundamenta Artificialis memoriæ. Vita Ciceronis in Epitomen secundum artem Mnemonicam redacta. Et εἰσαγωγή seu introductio in Artificiosam memoriam.* durant le temps & espace de neuf ans à commencer du iour & datte de ladite Impression paracheuée, auec deffences à toutes personnes de quelque estat, vacation& condition qu'ils soyent d'en vendre ou debiter ny d'en estre saisi d'vn ou plusieurs exemplaires autres que de ceux Imprimés par ledit Vincent à peyne de confiscation des exemplaires, & autres peines portées par iceluy, qui fust donné à Paris les iour, mois & an y contenu, Signé & deuement seellé du grand seel de cire iaune.

Acheué d'Imprimer le dixieme Mars 1618.



DIALOGVS PRIMVS.

DE DEFINITIONE Artificiosæ Memoriæ eiúsque fundamentis.

DVM ex Italia Lugdunum Gallorum reuertor fessus & fractus viribus ob itineris diuturnitatem, montium asperitatem, marisque fluctus innumerabiles; contigit vt quidam meorum necessariorum, cuius consuetudine iam pridem familiarissimè vsus eram, cùm ob singularem in Philosophia subtilitatem, tum ob incredibilem morum suauitatem, me inuiseret; & quò terrarum sub hieme cogitarem rogaret, cui cum vlterius me perrecturum indicarem, in hæc verba prorupit. Si iniuriosus in te ac in valetudinem

tuam eſſe velis, ac hoc periculoſo, & inconſtanti tempeſtate te itineri committere fac eſſe; ſed vt in amicitiam iniurioſus ſis mihi perſuadere non poſſum.

Quare pro mutuo noſtro amore à te obnixè peto, vt hîc pauco ſubſiſtas tempore vires collecturus, clementiorem auram expectaturus, ac amicitiam noſtram confirmaturus; atque ego quot diebus te conueniam nonnulla interrogaturus, ſcio enim te *Philomuſam*, ac ideo doctiſſimos quoſque ſuprà rebus excellentioribus in Latio conſuluiſſe: ac tu ſimiliter me harum rerum auidiſſimum *Philoſophum* non ignoras. Cui ego quamquam abituriam, tamen nonnihil temporis amicis dandum probè noui, ideoque vnum alterumve propter te hîc ſubſiſtere diem non detrectabo.

Philoſophus. O rem mihi longè gratiſſimam, ideoque ex templo domum me conferam, ac pectus meum variis interrogationibus onerabo: tu vt reſpõſionibus probè inſtructus ſis videro.

Philomuſa. Vt τοῖς φίλοις τὰ δίκαια βοηθεῖν ſemper mei muneris putaui, ſic te viciſſim rogarim, vt ne altiora me quæſieri

ſieris.

Philoſophus. En tibi adſum τὶ καινὸν tecum ex Italia aſportas?

Philom. Nihil eſt ſi ex me expectes quæ equo aſportantur, nam harũ rerum licet multa contuliſſem à me in Gallia Narbonenſi ablata fuiſſent; ſi vero iſtorum quid deſideres, quæ neque afferri, neque ſurripi poſſunt, ea tibi communicare non detrectabo.

Philos. Hæc ego appeto, iſta animum philoſophi negligere non ignoras, rogo igitur officinam tuam tandem aperias, ac quid de Artificiali memoria in ea habeas mihi exponas.

Philom. Congruenter, conuenienterque ſanè de Artificiali inquiris memoria, cum de naturali ſatis dilucidè, caréque quà Philoſophi, quà Medici poſteris ſcripta reliquêre; iſtam autem tam obſcurè Ariſtoteles, Cicero, D. Thomas tractauêre, vt & oculatiſſimi quique in hiſce ſe cœcutire profiteantur, nec iniuria. videbãt enim ſe huius artis præſidio alios in ſcientiis multis paraſãguis ſuperare, ab omnibuſq; ſuſpici; quin imo hoc anno tres hac ſuper re in lucẽ emiſſi

ſunt tractatuli, alter Lugduni Gallorum, alter Coloniæ ſecundum Lugdunenſe exemplar. Tertius Francofurti, qui omnes vt Schenckelium ducem ſequuntur; ſic ab eiuſdem obſcuritate diſcedere, & aliquid ante hac inauditum in medium proferre nefas arbitrantur.

Philoſop. O verba veriſſima, & candidi ingenuique animi tui indicia apertiſſima: nam & ego hos non volitantibus oculis percurri, ſed ſedula mentis intentione bis térue examinaui, nec tamen ſine te intelligere potui.

At eſt quod mirer cur tibi ipſi cauſam dicas, cum Lugdunenſem editionem à te profectam facilè coniectura aſſecutus ſim.

Philomu. Mirari deſine, nam erant nonnulli zoili momi inanes ariſtarchi, ridiculi critici, qui in ipſo veſtibulo mihi fœciale bellum indicebant; & præſentem virulentis liuidæ linguæ iaculis impetebant, ac tantum theſuarum publici iuris fieri nefas aiebant, vobiſque tam excellentem artem omnino patefactam iri inuidebant: ſed cum

αἱ δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι, ac cum nobiliora ingenia in his reuoluendis & coemendis iacturam facere doleam, non dubitabo tibi candidè ipſa artis fundamenta aperire, & ad oculum figuris ipſis demonſtrare. Nam omnia tibi pro dignitate demonſtrare, nec huiuſce eſt temporis, nec occaſionis cum nullum prorſus ad manum habeam librum, nonnulla enim meorum ſcriptorum à meo quodam amico Pariſios in mea abſentia ſunt aſportata, nonnulla à me in vrbe relicta.

Philos. Quid me moraris? quid plus in me igniculis huius artis à Principibus omnium facultatum Ariſtotele. Cic. Quintil. D. Thoma ab ipſa pueritia accenſis fomenti addis? cum abundè ſatis ipſa neceſſitas hos accendat, aduertens totam in me peſſum ire memoriam?

Philom. Itáne hebeſcit tibi memoria? En tibi præſcriptum à Franciſco Petrarcha in libro de aduerſa fortuna præſentiſſimum medium. *Si tibi memoria fluxa fuerit*, inquit, *diligentia & artificio eam ſtringe cunctis memoriæ in-*

geniique defectibus occurrit industria, nil patitur perire nil minui: hæc est quæ Philosophos ac Poëtas senes virentissimo ingenio ac stylo, hæc est quæ decrepitos oratores voce valida validisque lateribus ac tenaci memoria, seruare potest. Vnde si tibi infida memoria est noli ipsi fidere: sæpe calculum cum ipsa pone: quicquid credideris statim exige, hoc vtere si sanam mederi vis memoriam, medio; si autem morborum vi, ac sæuitia labefactata fuerit Alstedium consulas lib. 1. Sui Systematis, vel medicos adeas, qui extra hunc casum vt sanæ suis remediis temperatæque adiumento esse possint memoriæ mihi nullis probarint rationibus.

Philos. Quæ est igitur hæc diligentia? quod artificium?

Philom. Est illa quæ Ciceroni Memoria artificiosa seu mnemonica dicitur D. Thomæ memoria non solum à natura proficiscens, sed habens plurimum artis & industriæ. aliis memoria artificialis, aliis mnemologia, aliis denique aliis nominibus eam compellare libuit.

Philos. Quæ sunt huius artis fundamenta?

Philom.


Philom. Hæc ex eius definitione percipias oportet, quæ ſic apud Ariſtotelem legitur. *Memoria eſt poſitio ſub ordine & frequens meditatio, memoriam ſaluans in remiſcendo.* A qua haud longe abit Tullius. *Memoria*, inquit, *artificioſa conſtat ex locis & imaginibus.* Quod quippe Tullio ex locis appellatur, hoc Ariſtoteli poſitio ſub ordine dicitur; quod iſti ex imaginibus, hoc huic frequens meditatio vocatur. Aduertis igitur ſi non vulgi trutina, ſed ingenioſorum ſtatera horum duorum in ſua quiſque facultate Principum deſcriptiones ponderes. Fundamenta quibus nobiliſſima illa architectura ceu baſi innititur eſſe Locum, Ordinem, Imaginem, loci ordinis imaginiſque artificioſam diſpoſitionem ſeu inuẽtionem, vt facilè per hanc, rem, in memoriam reuocemus, per iſtum quocunque ordine promptè repetamus, per illum nobis præſentem faciamus cũ volumus, & nos ad ſpatiũ cui res cõmendata fuerat, reflectamus: ſed vt hæc melius aduertas, ſedulo te ad Theologorũ Principis verba perſcrutãda conuertas, & hunc ne latum quidẽ vnguem

ab his deflectere reperies. Sic in summa Theologiæ 2. 2. q. 49. A. 1. R. ad 2. scribentis sicuti Prudentia aptitudinem quidem habet ex natura, sed eius complementum est ex exercitio vel gratia; ita (vt Tullius dicit in sua Rhetorica) memoria non solum à natura proficiscitur, sed etiam habet plurimum artis & industriæ; & sunt quatuor per quæ homo bene proficit in memorando, quorum primum est, vt eorum quæ vult memorari quasdam similitudines assumat conuenientes, nec tamen omnino assuetas; quia eorum quæ sunt inconsueta magis memoramur; & sic in eis animus magis ac vehementius detinetur: ex quo fit vt eorum quæ in pueritia vidimus, magis memoremur. Ideo autem necessaria est huiusmodi similitudinum aut imaginum inuentio, quia inuentiones simplices & spirituales facilius ex animo elabuntur, nisi quibusdam similitudinibus corporalibus alligentur: quia humana cognitio potérior est circa sensibilia. Secundum vt homo ea quæ memoriter vult tenere, sua consideratione ordinatè disponat, vt ex vno memorato facilè

ad aliud procedatur: vnde Philoſophus de memoria. A locis videmur reminiſci aliquando: cauſa autem eſt quia velociter ab alio in aliud veniunt. Tertium vt homo ſollicitudinem apponat, & affectum adhibeat ad ea quæ vult memorari: quia quanto aliquid magis fuerit impreſſum animo, tanto minus elabitur: vt Tullius dicit in ſua Rhet. quod ſolitudo conſeruet integras ſimulachrorum figuras. Quartum quod ea frequenter meditemur, quæ volumus memorari: vnde Philoſophus de memoria, quod meditationes memoriam ſaluent: quia vt in eodem libro dicitur: Conſuetudo eſt quaſi natura, vnde multoties, quæ intelligimus cito reminiſcimur, quaſi naturali quodam ordine, ab vno ad aliud procedentes. Hactenus D. Thomas. Sunt inquam huius tam admirabilis, ac planæ diuinæ bibliothecæ fundamenta principalia. Locus, Ordo, Imago, vt ex hiſce tribus artium coryphæis ingenioſioribus colligere licet, alios miſſos facio: ſi hi tres duntaxat nobiſcum faciant, facillime ignauorum & oblatrantium infirma tela

horum vmbone excipiam & arcebo. Sunt enim ſemper ignaui qui ingenuas artes inſectantur, quas ſe aſſequi poſſe deſperant, vt inquit Theologus ille eximius in hac materia. Sunt rabuli, vt medicus ille expertiſſimus ait, qui optima quæque ignota maledictis proſcindunt. Sunt inertes vt eodem illos cum Cicerone compellem nomine, qui hanc artem conuitiis lacerant, præſertim cum eam à Cicerone, Ariſtotele, D. Thoma, omnibus denique excellentioris doctrinæ viris magno in pretio habitam excultamque intelligant, vel ſi adhuc non intelligant, ab horum lectione arcendi ſunt & ad haram ac ſtiuam amandandi. Sed miror cur eidem non & Logicam artificialem nigro calculo notent, vt enim Logica Artificioſa intellectui rerum cognitionem, ſecurius venatur; ſic artificioſa memoria acquiſitam ac comparatam cognitionem tenacius conſeruat ac tuetur naturali: quare Alſtedius non minus hanc ad omnes artes ſeu diſciplinas, quam iſtam ad nonnullas neceſſariam probat. Sed hæc tibi vt Philoſopho acutiori altius examinanda relinquo;

linquo; mihi vt amatori ſcientiarum adhuc impolito indoctoque ſufficit audita & intellecta tibi fideliter, candidè, ſimpliciterque huius artis ſecundum hos doctores referre fundamenta, quæ ſunt Locus, Ordo, Imago; at ſecundum me imago duntaxat ſimpliciter loquendo neceſſaria eſt, qui ſi tibi placet modus, eſt quod mihi gratuler, ſed de hoc alias. Eſt vero Locus chartæ inſtar, Ordo linearum, imago characterum, ſi itaque rectas lineas, elegantes characteres formare deſideres, polita terſaque tibi comparanda eſt charta: ſic ſi in hac arte excellere deſideres conuenientia, commodaque tibi inquirenda adaptandaque ſunt loca.



DIALOGVS II.

De locis seu subiectis imaginum.



Hilosoph. Satis. superque ex hisce eximiis percepi doctoribus. Locum primam esse basim artis, at næ magno me mactaueris munere, si huius descriptionem, quantitatem, qualitatem, reliquaque accidentia aperueris.

Philom. Locus est subiectum imaginum, seu spatium in quo imagines ponas necesse est. Loca multiplicia sunt, vel naturalia, vel artificio contexta, vel deniq; mista. Naturalia sunt quæ nihil penitus debent arti, industriæque humanæ; sed ab omnium rerum molitore producta sunt, quorum nonnulla æterna, nonnulla caduca inuenies. Æterna sunt Cœli, astra, firmamentum in quo sumunt 12. signa circuli Zodiaci, quæ repræsentantur figuris, Arietis, Tauri, Geminorum, Cancri, Leonis, Virginis, &c. in quibus

ali.

aliqua cum laude & fructu aſtronomus verſari poterit, vt de Sceptio Metrodoro ſcriptis relictum eſt, quem ob peritiam artis memoriæ ſummo opere extollit Tullius.

Caduca ſunt mobilia vel immobilia. Mobilia, animalia, homines, leones, equi, piſces &c. Immobilia artificialia vel naturalia. Artificialia ciuitates, opida, arces, & hæc nõnulli in chartis geographicis ſumunt variis coloribus depictis E. G. in Brabantiæ, Cliuiæ, Auſtriæq; tabulis. Artificialia item ſunt libri magni ac explicati, in quibus vna pagina numero arithmetico ab alia diſtinguitur.

Naturalia ſunt montes, arbores, ſiluæ. Elementum aëris, ignis, terræ, aquæ. Laudabilis videtur ille modus quo nonnulli vtuntur, qui Pontificum, Imperatorum, vel Regum nomina memoriæ commendarunt, iiſque magnas tabulas in manibus affingunt, ac in his quinque nouem, vel decem loca ſumunt. Loca vel plana vel curua ſint (nam circularis figura non memoriæ ſed intellectui, vt ait Lullius, accommodata eſt) quanquam non nemo cylindracea multorum laterum.

rũm vſus ſit, non tamen hæc æquè commodè ad vſum artis vulgarem adhiberi poteſt. planam autem reliquis omnibus præſtare, noſtra, penéq; omnibus recepta eſt ſententia, quare maximè probatur locá ſumere in cubiculis, vel frõtibus ędiũ. Cæterũ minimè operæ pretium exiſtimo in iis conceptus inſitos & aduentitios aſſumere, quibus vſi ſunt auctores manu ſcripti duo, mihi in bibliotheca Vaticana lecti, & ſummo pretio à Cardinale ac alio quodã Principe comparati, quibus eidẽ libri licet manu ſcripti dedicati erant, cum ordo noſter ſatis ac promptè numerum quà intercalarẽ quà retrogradum cõmonſtret, quapropter iſti inſiti conceptus aſſumpti poſtquam ordinis noſtri ignari erant.

Philos. Plurima mihi de conceptibus inſitis & aduentitiis audita ſunt, quare volupe eſſet eorũ ex te intelligere vſum.

Philom. Eum paucis percipe, centum pauciores aut plures res facile ſub ſensũ viſus cadentes ſibi reddunt familiares, ac eos in angulis cubiculorum, aut in alio naturali ordine à Cicerone vſurpato collocant, hiſce rebus alias quas in præ-

ſentia memoriæ committere volunt ap-ponunt, vt ex notis rebus facilè in igno-tarum notitiã ac numerũ deueniant. V. G. In primo cubiculi angulo ponũt cul-trũ, In ſecundo pileum, in tertio aquã, in quarto os, in quinto vel medio cubiculo baculum, ac ſic in cæteris, & hæc vocant loca ſiue conceptus inſitos. Si in animo ſit Imperatorũ nomina memoriæ con-credere. Cultro ſeu primo loco apponũt Iulium Cæſarem cultro occidi, vel ſimili memoriã excitãte actione, iuxta pileum ideſt ſecundũ locũ collocant Auguſtum, cui galerus vel mitra imponatur, apud aquã ſiue Tiberim Tiberium in eo na-tantẽ, &c. ac hos conceptus aduentitios vel extrinſecos; iſtos inſitos appellare li-buit, qui aliis rebus duntaxat famulan-tur, his ſi vti placeat, commodiores iſtis à me dictis, tibi ſuggeram.

Philos. Audire perplacet, quin etiam vti ſi aliqua inde hauriri poſſit vtilitas.

Philom. Si hos vſurpare in animo, ſit, tales tibi ſum auctor vt aſſumas conceptus inſitos, qui faciliimè me-moriæ mandentur; non enim ſui ſed extrinſecorum conceptuum gratia

com

comparantur, quales ſunt Artifices quibus addatur organum proprium, patiẽs, opus, vel aliud organum cuique propriũ, vt in primo cubiculo, primo pariete, primo angulo ponatur.

1. Aurifaber. 2. aurum. 3. annulus. 4. follis. 5. fornax. 6. Barbitonſor. 7. barba. 8. nouacula. 9. forfex, 10. ſpeculum.

11. Chymicus. 12. Alembicum. 13. Herba. 14. lapis. 15. Oleum.

16. Dapifer. 17. Amphora. 18. Dapes. 19. Poculum 20. ſcutella.

Hæc ponas in primo cubiculo, non enim mihi probatur illorum methodus, qui in menſa vel pauimento reliqua capiunt loca.

21. Excuſor monetæ 22. Typus. 23. Moneta 24. Argentum 25. Stultus.

26. Faber. 27. malleus. 28. Clauus. 29. incus. 30. equus.

31. Geometra 32. radius. 33. quadratum. 34. aſtrolabium. 35. baculus.

36. Hiſtrio. 37. Aulæa. 38. Scena 39. ficta facies 40. Inſtrumenta muſica.

---

41. Impreſſor librorum. 42. Prelum 43.

Æneæ

Æneæ literæ 44. charta 45. liber.
46. Lictor. 47. Fascis. 48. securis 49. virgæ 50. gladius.
51. Medicus. 52. Matellio 53. Vrina. 54. toga talaris 55. catena aurea.
56. Nauta. 57. Nauis. 58. Remus. 59. Antennis 60. velum.

---

61. Opilio 62. Pedum 63. lac. 64. caseus 65. ouis. 66. Pictor 67. Penicillum 68. Color 69. fidelia 70. Imago.
71. Quadruplator 72. Iudex 73. literæ. 74. testes 75. quatuor aurei.
76. Rex 77. Corona 78. sceptrum 79. thronus 80 ampla aula.

---

81. Sutor. 82. Culter sutorius 83. Corium 84. Calceus. 85. Atramentum.
86. Tinctor. 87. Cacabus 88. color 89. baculus 90. Pannus.
91. Vespillo 92. Capulum. 93. Cadauer 94. sepulchrum. 95. Candelæ accensæ.
96. Xylini textor. 97. Pecten 98. bombyx 99. filum bombycinum. 100. Araneæ.

En

En centum conceptus insiti, quos secundum meam opinionem in quinque pones cubiculis, qui vbi probè tibi cogniti fuerint. His apponas insigni aliqua actione conceptus aduentitios, & expeditam notabis rationem hos quocumque tandem libuerit ordine, istorum auxilio repetendi. Si plures conceptus insitos tibi comparare desideres, tales assumas velim qui aliqua cõnexione inter se coniuncti sunt. V.G. familias quasdã. Vt Pater sit in primo angulo. Mater secundo. Filius tertio. Filia quarto. Ancilla in medio pariete, vel potius ipse pater familias in medio ponatur, & sic in cæteris.

Porro hi conceptus insiti, quãquã magno sint adiumento memoriæ, nonnullusque his instructus multis parasanguis omni arte destitutos superet; tamen cum multo cõmodior ratio iniri possit, minime in his tibi acquiescendum existimo. Et quamuis non in eâdem cũ illis inertibus sim naui, qui triplicem memoriã in artificiali necessariã argumẽtis mihi probare conati sũt, quippe loci, imaginis, rei; disposui nasum secare fœtentem timeat qui strumosus est Physices professor, ac

ideo

ideo artificialẽ naturali multo difficiliorem, hic cùm ipsâ arrogãtiâ. licet demissi animi faciem præferebat refutatus sit, auctoritatẽ Cic. Arist. ac Thomę Aquinatis contẽnens, & se his ingenio & eruditione nõ inferiorẽ insinuãs; pręsertim cũ nedũ à primo limine hãc artẽ vt propriis verbis abũde declarabat, degustasset: ac ideo de eo appositè dici potuisset (Ars nõ habet cõtẽptorẽ nisi ignorantẽ) quãuis inquam huic non assentiar; tamen cum melior faciliorque haberi possit modus, eadem sine locis quæ illorum adminiculo fiunt, præstandi, hunc tibi ambabus manibus amplectendum censeo.

Philos. Dic mihi sodes hunc modum.

Philom. Appositè sanè dicis si audes, nam modum post hominum memoriam inauditum, ac nedum vlli cognitum alteri communicare summi amoris est testimonium: ac cum moderatum tuum animum in his occultãdis probe nouerim, eum tibi aperire non detrectabo.

Philos. Secretum meum mihi etiam atque etiam cogito, ac ideo nihil est quod pertimescas. scio enim artes eo gratiores acceptioresue quo rariores ac faciliores.

Philom.

Philom. Modus eſt, quo ſine locis conceptibuſque tibi multo faciliorem ordinē reddere potes: ſi duntaxat vnum Alphabetum tibi familiare, vel horum, ſui gratia facere velis. Alphabetum hoc continet in vnoquoque grammate quinque nomina propria vel appellatiua loco primi parietis, ac pro primo loco habet vocalem A. pro ſecundo E. pro tertio I. pro quarto O., pro quinto V vocalem vel cõſonantem. Poterisque tibi in hoc Alphabeto centum comparare nomina, qui ſexcentorum locorum inſtar erunt, ſi quippe cuique tabulam prima vice ſub capite, ſecunda in dextra, tertia in ſiniſtra, quarta ſub pede dextro, quinta ſub ſiniſtro affinxeris.

Accipe



ACcipe huiuſcemodi Alphabetum raptim tui in gratiam ex propria officina depromptum, cuius adiumento, præter alia quamplurima commoda & vtilitates quas ſecum ſedulo conſiderantibus affert, etiam Oratio, Concio, textus denique continuus verbo tenus addiſci poteſt. ne autem id te ſine labore

&

& exercitio longiore assecuturũ putes, nisi plane diuino præditus sis ingenio. Quare sicut appositè admodũ Euagrius inquit, Absurdum esse eum qui persequatur honores fugere labores è quibus nascuntur honores, ita & ego iure optimo dicere possum. Absurdum esse existimare sine exercitio & labore acquirere velle memoriam artificiosam, quę tam compendiosum & expeditum omnes artes ac facultates addiscendi ostendit tramitem.

1. *Adamus, Andreas, Arrius, Antonius, Albumazar.*
6. *Bartholomæus, Bernardus, Biblicus, Bonifacius, Budæus.*
10. *Carolus, Cæsar, Christus, Conradus, Cunibertus.*
16. *Daniel, Deodatus,* Dionysius, *Dominicus, Durandus.*
20. *Erasmus, Euerhardus, Elias, Erostratus, Eduardus.*
26. *Franciscus, Ferdinandus, Fridericus, Florentinus, Fuluius.*
30. *Gabriel, Gerardus, Gisbertus, Godefridus, Guilhelmus.*

36.

36. *Hadrianus, Henricus, Hieronymus, Honorius, Hubertus.*

40. *Iacobus, Iesus, Isidorus, Ioannes, Iulius.*

46. *Lambertus, Leonardus, Lizander, Lotharius, Ludouicus.*

50. *Matthias, Mercurius, Michael, Moab, Mutius.*

56. *Narcissus, Nero, Nicolaus, Noë, Numa.*

60. *Olaus, Orestes, Origenes, Otto, Ouidius.*

66. *Paulus, Petrus, Philippus, Polycarpus, Plutarchus.*

70. *Quadratus, Quercitanus, Quirinus, Quodlibetarius, Quurius.*

76 *Raphaël, Remigius, Richardus, Robertus, Rudolphus.*

80 *Salomon, Sebastianus, Simon, Solon, Studius.*

86. *Thadæus, Theodorus, Tilmanus, Thomas, Tullius.*

90. *Valentinus, Vespasianus, Vincentius, Vdo, Vrsus.*

96. *Xanthus, Xerxes, Xystus, Xophocles, Xuchites.*

Est & hoc alphabetum ad alios vsus accommodatum, primò vt in vnoquoque nomine proprio tanquam in pariete nouem

nouem ſumas loca, hoc ordine; vt primus pes pro primo nobis ſit loco; femur pro ſecundo, manus dextra pro tertio, humerus deinde quartus ſit locus, caput quintus, humerus item ſiniſter ſextus, leua ſeptimus, femur autem octauus, & pes ſiniſter nonus, vt in ſuprà poſita ſecunda figura videre eſt.

Secundò ad nomina non intellecta ſiue peregrina (præter alios quatuor modos paſſim notos) memoriæ commendanda. Si ignotum vocabulum A T A in mentis ſcrinium reponere deſideres Adamum & Tadęum ἀκιφάλȣς ſimul in loco conſtituas. *Si Italicum ancora. Andream, Conradum, Raphaëlem pariter ſine capitibus, & ſic in cæteris.*

Hoc alphabetum aliorum gratia addiſcitur, ſed ſi alphabetum quod & ſui & aliorum gratia addiſcitur habere deſideres ſimile tibi in illa lingua compares ignotum quam addiſcere exoptas. V. G. In hæbraica ex hæbraicis vocabulis tibi ignotis, vel Græca ex græcis. Italica, Hiſpanica, Sed exemplum accipe vnius cubiculi in Gallica lingua, quod mihi ex gallicis vocabulis quondam

ignotis

ignotis & quibus minus vſitatis vel tantum in certis locis vſurpari ſolitis conſtruxi.

---

1. *Abayeur*, blatero 2. *Abbreuer*, aquare, aquatum ire. 3. *Abri*, apricus locus. 4. *Aborder* applicare. 5. *Affubler* amicire.

---

6. *Babillard*. blatero. 9. *Begue*, balbus, lingua hęſitãs. 8. *Bigot*. ſuperſtitioſus, hypocrita. 9 *Bondir*. reſilire 10. *Bugler*, mugire.

---

11. *Cabaret*. popina. 12. *Cerceau*. circulus. 13. *Cigale*. cicada. 14. *Congé*. copia, venia. 15. *Cuider*. opinari.

---

16. *Dandin*. ineptus. 17. *Desbris*, Confractio. 18. *Diſeteux*. Egens, Indigens. 19. *Dommage*, diſpendium, incommodum, 20. *Dueil*. comploratus, luctus.

---

21. *Effacer*. delere, obliterare. 22. *Emmener*. conducere, abducere. 23. *Emmieller*. Blandiri. 24. *Empoiſonneur*. Veneficus. 25. *Embuſches*, inſidiæ.

---

26. *Fange*, Eluuies, lutum. 27. *Felon*. atrox. 28. *Friſon*. horror. 29. *Fouët*. flagrum, maſtix. 30. *Futaine* Xylinum.

---

31. *Gaber*, nugari 32. *Genouillee*. gramen.

33. *Gibbet.* patibulum, crux. 34. *Gober,* glutire, vorare. 35. *Guerdon.* præmium, remuneratio.

---

36. *Haine* odium, inuidia. 37. *Herser.* occare. 38. *Hibou* vlula, bubo. 39. *Hobin.* asturco, equus tolutarius. 40. *Huile* oleum.

---

41. *Iadis,* olim, 42. *Interest* versura. 43. *Impiteux* impius, immisericors. 44. *Ioli.* Elegans, bellus. 45. *Iuif.* Iudæus.

---

46. *Laiton* aurichalcum. 47. *Legier,* citus, velox, celer. 48. *Licol* laqueus. 49. *Loir* glis gliris 50. *Lunette.* specillum, conspicillum.

---

51. *Maillon.* nodus. 52. *Mener* ducere, dedere, 53. *Millan* miluus. 54. *Moineau.* pascer. 55. *Mutin* seditiosus, tumultuosus.

---

56. *Naurer.* Vulnerare, sauciare. 57 *Neud* nodus. 58. *Niner,* librare, ponderare. 59. *Noiser* altercari. 60. *Nuire* nocere.

---

61. *Offrande.* libatio. 62. *Ordement* fœdè,

de, Spurcè. 63. *Oisif* desidiosus. 64. *Ondoyer* flutuare, 65. *Ouurage* opificium.

66. *Paistre*, pascere, carpere herbam 67. *Peureus*. imbellis, pauidus, meticulosus. 68. *Pissat*, vrina 69. *Porche*. atriolum, porticus. 70. *Pucelle* Virgo.

71. *Quaqueteur*, garrulus. 72. *Quester*. mendicare, stipem cogere. 73. *Quine* scipio. 74. *Quoter* præcidere 75. *Quoy*. hem!

76. *Railleur*. facetosus, dicax. 77. *Resuer* delirus. 78. *Ribault* adulter 79. *Roue* rota. 80. *Ruisseau*. riuulus.

HAbes hic octoginta vocabula loco quatuor cubiculorum, tu commodiorem teipsum iuuandi facilè rationem inuenies; si namque huius generis alphabeta in omnibus linguis quas addiscere desideras tibi familiaria feceris, habebis enim præter fructum haud contemnendum, loca sanè quamplurima, vel illorum vices gerentes dictiones. Interim alphabetum sequens pro insitis conceptibus, locis, ordine, & loco insitorum conceptuum vtilissimum erit.

Aratrum Aper Apis Astrolabium A-
gnus.
Balneator Bellator Bibliopola Bombarda
Bubulus.
Cardinalis Cerdo Chirurgus Colonus Cur-
rus.
Dapifer Decanus Dispensator Doctor Dux.
Edituus Elephas Episcopus Exorcista E-
quus.
Faber Fœnerator Figulus Fornax Fumus.
Gardianus Geometer Gigas Globus Guber-
nator.
Hasta Herbarius Histrio Hospes Humus.
Ianitor Ientaculum Institor Ioculator Iuri-
sta.
Lanista Legatus Lictor Lotrix Lusor.
Macellarius Medicus Miles Molitor Mu-
sicus.
Nauta Neruus Nix Nobilis Nuncius.
Orator Obstetrix Ostiarius Oblocutor O-
uis.
Pastor Pellis Pictor Postis Pugio.
Quadriga Quæstor Quisquiliæ Quodlibe-
tarius Quustos.
Radix Rhetor Riuulus Rota Rusticus.
Sartor Serpens Signifer Sol Sutor.
Tabellarius Tectum Tinctor Tonsor Tuba.

Vas Venator Vigil Vomer Vulpes.
Zacharias Zelotes Zinziber Zona Zythum.

Hæc alphabeta ſi ſanè intelligas & familiaria tibi feceris locorum ordinumque inſtar eſſe poterunt.

Eſt & alius modus quo ſine inſitis conceptibus eadem fieri poſſunt quæ per illos fiunt, qui his familiarior & certior eſt. Sed eum ſic habeto.

In ſingulis parietum locis finge operationem corpoream exerceri, ac has operationum fictiones, non ſecus quam conceptus inſitos & loca memoria recondere oportet, vt operationes recto retrogrado perturbatóque ordine expeditè repetere poſſis; hoc vt facilius præſtes. pictura inſtrumentorum agentium patientium, aut loci harum actionum plurimum conducet. Enimverò delineatio quorumlibet conceptuum inſitorum, aut rerum potius conceptarum multum confert, vt eædem memoriæ inhæreant, vt enim viſa imprimis pathemata mouent, ſic & facillimè in ærario memoriæ reponuntur. Operationes vel actiones corporeas voco non eas

modo, qua Arist. lib. 2. de generatione hoc nomine dignatus est; verum etiam alias omnes quæ è quauis specie motus oriuntur. Quare huiusmodi actiones sex erunt: generare, corrumpere, augere, diminuere, localiter mouere, alterare. Porro generationem & corruptionem duplicem statuere hîc potes, scilicet propriam & impropriam; hæc est artificialis, ista naturalis.

Rursus aliquid generatur & corrumpitur, aut secundum se totum, aut secundum partem. E. G. aut totus Socrates gignitur, vel interit, vel nasum amittit, vel amissus sectione è brachio restituitur. Accretio pari ratione alia est propria corporum viuentium, alia impropria cuiusvis corporis, cuius generis est fluminum per imbres & liquatas niues incrementum: potest autem visus in accretione impropria partem appositam ab ea cui adiungitur discernere. Notissima est motus localis in quatuor species diuisio, prima est tractio, secunda pulsio, tertia vectio, quarta rotatio.

Denique alteratio alia est perfecta, alia corruptiua, in ista nihil

hil amittitur ſed forma accidentalis acquiritur, in hac vero qualitas vna alteri ſuccedit. Sed quemadmodum corporum inſiti conceptus duplices vſurpari poſſunt ita & actionum. nã vel actiones aſſumuntur, quarum memoria non propter ſe expetitur, vel quæ ſui gratia optandæ ſunt. prioris generis aliquas accipito, poſterioris deinde è chirurgia, & arte chymica depromptas ſubiungam.

CATALOGVS
PRIORIS GENERIS.

I.p.	*Perſona.*	*Operatio*	*Inſtrumentũ*	*Adſtans*	*Adiacens*
A	Adamus.	*Obligat vulnus prope Inguina.*	*Tenens Normam.*	*Adamus illi porrigit*	*Myrothecium.*
E	Elias.	*Ignem ſtruit ex quo vipera exſilit.*	*tenens Clymaſterem.*	*Elias ſeruus adfert illi*	*Follem.*
I	Irus.	*Equo inſidens.*	*tenens Calcaria aurea.*	*Irus filius ſtans ſub*	*Arbore.*
O	Otto.	*Dilacerat librum.*	*tenens Cultrum.*	*Otto famulus adfert*	*prælum Bibliopegi.*
V	Vlyſſes.	*Aſinus arat.*	*Rutrum tenens.*	*Vlyſſes apportat*	*Occam.*

2.p Ba	Bartholus.	Ex ſuggeſto concionem habet.	tenens biblia inaurata.	Bartholus tenens	tœdam.
Be	Bernardus.	puerum virgis cedit.	tenens ferulam.	Bernardus adfert	virgas.
Bi	Bias.	calculis ſuppputat.	tenens Sphæram.	Bias tenet	tabellam.
Bo	Bonauentura.	menſæ aſsidens opipare cœnat.	artocream tenens.	Bonauentura adfert	foculum.
Bu	Buſiris.	pannum ſericum diſcerpit,	tenens cuculum ſacchar ro refertum.	Buſiris adſert	Vinum.

3.p.	Perso-na.	Opera tie.	Instru-mentũ.	Ad-stans.	Adia-cens.
Ca	Ca-to.	Cumulũ frumenti exquo mures exsiliũt versat.	palnam tenens.	Cato ad-fert.	medim-num.
Ce	Cer-do.	digla-diatur accin-ctus.	gladio.	Cerdo adfert	anserem assatum.
Ci	Cice-ro.	Canit vel mu-sicam e-xercet.	bacu-lum te-nens.	Cicero incum-bit	pulpi-to.
Co	Co-drus.	Ingen-tem campa-nam pulsat.	tintina-bulum tenens.	Codrus tenet,	pistil-lum campa-næ
Cu	Cu-rius.	vxorem sedili verberat	thuribu-lum te nens.	Curius vlniste net	Infan-tem plo rantem

4.p. Da	Da-niel.	*puerum calculo laborantem cadit.*	*tenens forficem.*	*Daniel adfert*	*peram instrumentis chirurgicis plenam.*
De	De-mo-sthe-nes.	*Latrunculis ludit.*	*tenens crumenam aureis refertam.*	*Demosthenes apportat*	*abacum lusorium.*
Di	Dio-ge-nes.	*Cithara ludit.*	*tenens Thecam cithara.*	*Diogenes docet*	*saltare equum.*
Do	Do-rus.	*catapultam explodit.*	*thecam pulueraria[m] tenens.*	*Dorus adfert*	*ciconiā à se occisam.*
Du	Duel lus.	*vaccam mulget.*	*tenens mulctrale.*	*Duellus adducit*	*vitulum.*

1.p.	*Perso-na.*	*Operatio.*	*Instrumentū.*	*Adstans.*	*Adiacens.*
Fa	Fabius.	*fimo plaustrum onerat.*	*tridentem tenens.*	*Fabius adfert*	*feretrum.*
Fe	Fenestellus.	*capro Insidet.*	*vexillum tenens.*	*Fenestella ducit*	*melossum.*
Fi	Fidius.	*virginem osculatur illi donans*	*acciarium aureum.*	*Fidius adfert*	*capitium sericum rubrum.*
Fo	Fortunatus.	*aluum exonerat dorso.*	*leporem mortuū gestat.*	*Fortunatus abigit*	*porcum.*
Fu.	Fuluius.	*ouem tondit.*	*tenens forfices.*	*Fuluius tenet*	*vellus.*

2 p. Ga	Gabriel.	*regium legit, diploma.*	*tenens poculum aureum.*	*Gabriel adfert*	*frustum ceræ sigillaris.*
Ge	Gerardus.	*clystere curat fœminam.*	*siphonem tenens.*	*Gerardus portat*	*arcam capite.*
Gi	Giraldus.	*sublatis manibus orat Deum.*	*tenens sphærulas precatorias.*	*Giraldus adfert*	*Crucem Christi.*
Go	Godefridus.	*coquit cervisiam.*	*quasillum tenens.*	*Godefridus portat*	*dolium.*
Gu	Gudila.	*tondet sibiipsi crines.*	*speculum tenens.*	*Gudila adfert*	*setaceum.*

3.p.	Perso-na.	Operatio.	Instrumentū.	Adstans.	Adiacens.
Ha	Hannibal.	vrinam contemplatur in vitro.	conspicillum naso tenens.	Hannibal adfert	vrinam matula.
He	Hector.	fœnum meteus leporem disse-cat.	fœniseçam dorso gerit.	Hector construit	manipulum.
Hi	Hieronymus.	Piscatur in mare.	tenens hamum.	Hieronymus tenet	Ingentem lucium.
Ho	Homerus.	tympanum cauda vulpina pulsat.	gerit dorso tympanum.	Homerus saltat.	cum urso.
Hu	Hugo.	Camelo insidet.	cornua ceruina tenens.	Hugo apportat.	schalam.

4. p. *Ia*	Iaco-bus.	*pedibus organo ludit.*	*tenens Chordas.*	*Iacobus tenet humeris*	*Cercopithecum.*
Ie	Iere-mias.	*hominem pedibus cõculcat.*	*Laureas tenens.*	*Ieremias tenet*	*forficem sartoriam.*
Ii	Iic-cius.	*asino insidet.*	*tenens acinacem districtam.*	*Iiccius adfert.*	*caudam equinam.*
Io	Ioan-nes.	*hominem decollat.*	*tenens asciam.*	*Ioannes tollit*	*caput abscissum.*
Iu	Iu-das.	*patrem dorso portat.*	*innixus scipioni.*	*Iudas prait*	*laterna.*

I.p.	*Perso-na.*	*Opera-tio,*	*Instru-mentū.*	*Ad-stans.*	*Adia-cens.*
La	Laza-rus.	*sugit mam-mam.*	*tenet dolo-nem.*	*Lazarus cubicu-lum verrit*	*scopis.*
Li	Lem-niús.	*tibia v-triculari canit.*	*pedo inni-tens.*	*Lem-nius saltat portans dorso*	*agnum.*
Le	Li-uius.	*fossam fodit.*	*tenens ligonem.*	*Liuius adfert*	*capu-lum tym bum.*
Lo	Lo-tha-rius.	*Ingen-tem dis-secat pa-nem.*	*tenens libram.*	*Lotha-rius pa-nem dat*	*puero mendi-canti.*
Lu	Lu-canus	*pedem alicui abscindit*	*tenens serram.*	*Lucanus adfert aquam*	*situla.*

2.p. Ma	Marius.	net in capite.	tenens rhumbum.	Marius fila inuoluit	girgillo.
Me	Metrodorus.	barbam resecat	tenens cultrum rasorium.	Metrodorus tenet.	peluim aqua calida plenum.
Mi	Michael	Chartis ludit.	tenens horologium aureum.	Michael tenet.	sertum.
Mo	Morisotus.	pedem vulneratum ostendit	flabellum tenens.	Morisotus adfert	puluinum.
Mu	Mutius.	insistens globo cadit ac rumpit caput.	globum mundi tenet.	Mutius accurrit tenens	colum.

z.p.	Persona.	Operatio.	Instrumentũ.	Adstans.	Adiacens.
Na	Natalis.	*seipsum virgis cædit.*	*tenens frondem cerasi.*	*Natalis illi porrigit.*	*petasonem succidiæ.*
Ne	Nero.	*ludit lyra.*	*tenens corbem pane plenum.*	*Nero tenet*	*sistrum vel crotalum.*
Ni	Nicolaus.	*tibiam pedib. tenens ludit.*	*furcam tenet.*	*Nicolaus adfert*	*lucanicam.*
No	Noeus	*Vitulum mactat.*	*tenens cotem.*	*Noeus tenet*	*pallem extensa*
Nu	Numitor.	*farinam subigit.*	*tenens Infurnibulum.*	*Numitor prunas extrahit furno.*	*verriculo.*

4.p. Pa	Paris.	*bufonem calamo inflat.*	*tenens candelabrum.*	*Paris adfert*	*emunctorium.*
Pe	Petrus.	*quercum eradicat,*	*tenens securim.*	*Petrus notat cauterio*	*truncum.*
Pi	Pinellus.	*olus cultrus conscindens digitum cadit.*	*tenet frixorium.*	*Pinellus gestat manu*	*ollam ferream.*
Po	Polydorus.	*veru vertit,*	*tenens batillum.*	*Polydorus adfert*	*gallum indicū.*
Pu	Publius.	*frumentum triturat.*	*tenens flagellum.*	*Publius adfert*	*vannum.*

1.p.	Perso-na.	Opera-tio.	Instru-mentũ.	Ad-stans.	Adia-cens.
Qua	Qua-tius.	tormen tum ex-plodit.	ignia-rium te-nens.	Qua-tius ad-fert	globum ferreum.
Que	Que-rulus.	stramen consci-dit.	tenens falcem.	Querulus gestat	hastam.
Qui	Quin ti-lia-nus.	aquam è puteo haurit.	vncum tenens.	Quinti-lianus adfert	vrnam.
Quo	Quo-tilius.	Se lauat in bal neo.	tenens testudi-nem.	Quoti-lius ap-portat	scabel-lum.
Quu	Quu-te-lius.	Caput parieti illidit.	clepsy-dram tenens.	Quute-lius ad-fert.	pati-nam.

2.p. Ra	Rabirius.	ad annulum currit incitato equo.	tenens lanceam.	Rabirius tenet.	vaginam argenteam
Re	Remus.	Ingens saxum proiicit.	tenens atramentarium.	Remus portat.	castam ceti.
Ri	Richardus.	aues nocturna capit.	tenens clauam fissam.	Richardus portat.	anatem.
Ro	Rogerius.	tauro insidet.	tenens caseum magnum.	Rogerius adf.rt.	frænum.
Ru	Rufinus.	transiturus pontem incidit in aquam.	Tenens contum ferreum vno digi o.	Rufinus tenet.	columbam albam.

3.p.	Persona	Operatio	Instrumentũ	Adstans	Adiacens
Sa	Samuel.	*cum muliere litigat.*	*tenens ocreas*	*Samuel. adfert*	*muccineum aureum.*
Se	Seneca.	*cum caniculo ludit.*	*tenens arcum.*	*Seneca tenet*	*numellas.*
Si	Simon.	*Calceos vnguit.*	*tenens endyterium.*	*Simon enens*	*foculum lecti.*
So	Socrates.	*insidet rhedæ à duobus canibus tractæ.*	*rastellum tenens.*	*Socrates tenet*	*baculum gliribus appendentibus*
Su	Surius.	*capiti insistit erectis pedibus.*	*clathrum tenens.*	*Surius*	*cunas mouet.*


4.p Ta	Taci-tus.	*lac con-densat in buty-rum.*	*globum butyri tenens.*	*Tacitus tenet*	*cochlea-re.*
Te	Terẽ-tius.	*correptus morbo caduco humi iacet.*	*tenens rosam.*	*Teren-tius te-net*	*gallum gallina-ceum.*
Ti	Tibe-rius.	*aurum dispergit.*	*tenens scep-trum.*	*Tiberius tenet*	*coro-nam.*
To	To-bias.	*currum regit.*	*tenens scuti-cam.*	*Tobias tenet*	*arcum trium-phalem.*
Tu	Tu-bal.	*In arun dine e-quitat.*	*tenens reticu-lum.*	*Tubal tenet*	*mallu-uium.*

I.p.	Perso-na.	Opera-tio.	Instru-mentũ.	Ad-stans.	Adia-cens.
Va	Vale-rius.	nuces confrin-git.	tenens cau-dam pa-uonis.	Valerius dat nu-ces.	Simia.
Ve	Vege-tius.	Leonem stran-gulat.	tenens Bipen-nem.	Vege-tius te-net.	Exu-uias Leo-nis.
Vi	Vigi-lan-tius,	Arma polit.	tenens Hypepe-ram.	Vigilan-tius te net.	Strigi-lem.
Vo	Vo-pis-cus.	Vasi vi-nario in-sidens ouat.	Vrceum tenens.	Vopis-cus te-net.	Ampho-ram li-gneam.
Vu	Vul-teius.	Cande-labrum prebet.	tenens corbem dorsua-rium.	Vulteius porrigit illi.	Pectora-le vulpi-num.

2.p. Xa	Xantus.	tuba canit.	gerens dorso tubam.	Xantus Illi donat	catenam aureis sile nam.
Xe	Xenophõ.	Ex naui in mare se præcipitem dat.	remum tenens.	Xenophon tenet	anchoram.
Xi	Xistus.	rota confringit hominem.	tenens pugionem inauratum.	Xistus stat sub	patibulo.
Xo	Xozipater.	ceruo insidet.	tenens cornu venatorium.	Xozipater ducit	duos canes venaticos.
Xu	Xustorius.	linum carminat.	tenens pectinem ferreum.	Xustorius adfert	fasciculum lini.

3.p.	Persona.	Operatio.	Instrumentũ.	Adstans.	Adiacens.
Za	Zacharias.	cudit manu ferrum.	tenens malleum.	Zacharias portat	incudem.
Ze	Zeno.	Salpam tundit.	tenens malleum stapa-rium	Zeno apportat	Cacabum.
Zi	Ziphius	ferro cã denti sibi crines torquet.	tenens thecam tonsoriam.	Ziphius tradit	pectinem eburneum.
Zo	Zoroastes.	funi inambulat.	tenens baculum longum	Zoroastes tenet	cucurbitam
Zu	Zunius.	ollam confringit	tenens craticulam	Zunius adfert	halecem.

In Primo pariete.	1. *Fasciatio.* 2. *spleniorum iniectio.* 3. *Ferularum adaptatio.* 4. *partis deligatæ suspensio.* 5. *Eiusdem depositio.* 6. *Illaquiatio.* 7. *Antitesis.* 8. *Diortasis* 9. *Mochleusis.*
In Secũdo pariete.	10. *Apothesis.* 11. *taxis prolapsæ partis.* 12. *Epagoge nasi aurium vel labiorum.* 13. *Raphe* 14. *fibularum appositio* 15. *aplotomia.* 16. *Cataschasmus* 17. *Periaitesis.* 18 *Hypospathismus.*
In Tertio pariete.	19. *Periscythismus* 20. *Eccope.* 21. *Aggeiologia.* 22. *Lithotomia.* 23. *Perforatio* 24. *Ratio.* 25. *Serratio.* 26. *Liniatio.* 27. *Forsice excisio.*
In Quarto pariete.	28. *Punctio suffusorum oculorũ &c.* 29. *Vstio* 30. *Canterij admotio.* 31. *Euulso dentium.* 32. *Cucurbitulæ affictio.* 33. *telorum eductio &c.* 34. *Euocatio fœtus & secundarum.* 25. *Vrinæ emisio.* 36. *Phlebotomia.*



DIALOGVS III.

De Ordine.




Hilos. De ordine iam pridem aliquid percipere desideraui cum tam altum omniũ scriptorum de eo aduertam silentium; vt vel hinc aliquid secreti in eo delitescere aut cardinem totius artis in hoc versari suspicer: per loca liberius vagantur, imagines copiosius exponunt. Chartam inquam præbent, characteres plenis manibus offerunt; sed vtrum lineæ nostrorum. Hæbreorum, vel Indorum ducendi, scribendiq; sint more omnino non docent.

Philom. Rem acu tangis: caput in hac arte est ordo, quo neglecto vel ignoto parum admodum hinc vtilitatis hauries.


Philos. Quis est optimus ordo & quem mihi seruandum suades?

Philom. Ordo est dispositio locorum, conceptuum insitorum, vel imaginum, vt

facilè quocunq; ordine repeti possint; is igitur optimus putabitur, per quem omnium facillimè imagines recto, intermedio, seu intercalari, perturbato, retrogradoq; ordine repeti possunt, qui meo iudicio est figuram M. referens; & est hic vt intrans cubiculum in primo angulo sinistri parietis iuxta terram locum sumas primum, in superiori angulo primo secundum, in medio parietis tertium, in secundo superiori angulo quartum, in secundo iuxta terram, vel quarto in pariete angulo locum sumas quintum. bene notes naturali ordine, id est, à sinistro angulo incipiendum: nam si alio incipias ordine aliquid inuenies difficultatis, vt de seipso fatetur in suis scriptis Romberch, sed figuram accipe in vno cubiculo, priorem huius; posteriorem Alstedij.




AT vt melius hæc percipias in vno duntaxat pariete capias vtriusq; vnum exemplar ordine superiori.



ALij hac Lulliana vtuntur figura ab Oriẽte ad ſeptem procedendo trionem, à Septemtrione ad Occidentem, ab Occidente ad Meridiem, tandem ad medium ſeu vltimum locum procedunt. Nonnullis poſterior arridet, quæ in orationibus, concionibus, exemplis & morbis deponendis oppido vtilis eſt.


Philoſ.



Philos. Si plura in cubiculo ac pariete cuperem ſumere loca, eſt ne hoc eodem aut alio ab hoc diuerſo faciendum ordine?

Philom. Vt ardentiſſimam tuam ſitim huius artis reſtinguam, varias tibi figuras ordinis copioſioris ob oculos ponere non dubitabo.


Accipito igitur alium ordinem naturalem, quem Ciceronis diuinantur, inquientis lib. 1. Acad. quæſtionum, hanc artem germanam id eſt ſororem eſſe literaturæ, cum vero literarũ ordo apud nos ita progrediatur, vt in ſequenti figura apparet, non vſq; adeo malè ratiocinari videntur, qui eum 9. in vno pariete, ac cubiculo toto 46. loca ſumpſiſſe arbitrantur.



HAnc Ciceronis methodum concionibus ac orationibus percommodam inquiunt; vt & posteriorem.

At ecce tibi aliæ quæ mihi commodiores videntur: ponam deinceps figuras duntaxat vnius parietis, totius enim cubiculi difficilius pinguntur figuræ. Diuidatur concio vel oratio in tres partes, ac in medio primi parietis colloces primam

partem, vel exordium, ac in reliquis circumſtantibus locis, tam principalibus quam minus principalibus, membra minora eiuſdem partis vel exordij, ac pari ratione rem inſtitues in ſecundo pariete, in quo narratio vel ſecunda pars concionis, orationiſq; collocanda eſt. Sed figuram accipito.




HÆc prima vſui eſt, ſi mihi pro quaque parte concionis vel orationis, quinque duntaxat loca comparauerim ac ſi plura collocanda occurrant, ea in medio horum quinq; locorum colloco (quæ vocantur loca minus principalia) vt ne ad ſecundum cogar procedere parietem, quem ſecundæ parti Orationis vel concionis deſtinaueram.

Altera vt totius Exordij, Narrationis, vel cæterarum partium imaginem collocem in medio pariete, reliquas autem minores partes in octo circumſtantibus locis.


Si in frontibus ædium decem loca capere velis, modo ſequenti Doctoris Theologiæ D. Adami Naulij mihi familiariſſimi vti poteris, qui propter numerum ſatis commmoda eſt, vel ſecunda quæ eſt alterius cuiuſdam, quæ tamen mihi non æque probatur; cum neque ordinem naturalem vel artificialem commodum, vel deniq; numerum expeditum habeat, ſed ſuſpicor eum ex Schenckelio malè intellecto deſumptum.

Vlterius



VLterius si progredi desideres, vigintique quinque in vno pariete sumere loca, ac in toto cubiculo centum. Ecce duorum modorum primus.

Primam



PRimam figuram vſque ad 4000000. loca multiplicari poſſe docet Lambertus Schenckelius, alteram ad 50. 60. multiplicat alius non nemo in vno pariete; ſed cum hæ ad ſpeculationem duntaxat ſpectent, minimè è re tua futurum iudico his diutius immorari. Monet

Alſtedius

Alſtedius in manibus loca non capienda, ſunt enim minores digiti, quam vt commodè in ijs imagines collocari poſſint, niſi cuiq; quadratã figurã affingere velis.

Habes hic varias figuras ordinum, nõ vt omnibus hiſce vtaris. Sed quæ palato ſtomachoq; tuo maximè arrident, quæ enim illi diſplicent, huic placent, quas hic probat, ille reſpuit. Si tamen omnino plura loca in vno pariete ſumere velis, accipe figuram ex qua 100. in vno pariete ac 400. in toto cubiculo potes tibi formare loca.


1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
21	22	23	24	25	26	27	28	29	30
31	32	33	34	35	36	37	38	39	40
41	42	43	44	45	46	47	48	49	50
51	52	53	54	55	56	57	58	59	60
61	62	63	64	65	66	67	68	69	70
71	72	73	74	75	76	77	78	79	80
81	82	83	84	85	86	87	88	89	90
91	92	93	94	95	96	97	98	99	100

Modus.

MOdus duplicandi, triplicandi, vel varijs modis multiplicandi cubicula vtilissimis Legatis & Aduocatis dicitur. Aduocatus quippe omnium suorũ clientum causas, & rationes quibus eos defendit in pariete ponat, ac objectiones vel aduersarij rationes è regione id est in oppositis rapetis.

Legati quoq; si proponantur 10. 20. 30. aut plures articuli à principe hos, & quæ inter audiendum ad vnumquemq; respondenda occurrunt, vt facilius retineat, faciet id auxilio artis feliciter, & summa cum omnium admiratione quod sine arte nemo faciet mortalium. Si loca habeat parata in triplicatis cubiculis, vt statim primum articulum in primo loco primi parietis collocet, & quæ in mentem veniunt respondenda in primo loco opposito, videlicet in tapete, deinde secundum articulum in secundo loco, & responsionem item in opposito, & sic vlterius progrediendum, donec omnes sint excepti articuli cum responsionibus: ac deinde ex lectione articulorum, & responsionum paucis imaginibus exceptorum, instituenda narratio ex tempore,

exornanda verbis & arte eloquendi: præsupponitur enim Legatus in præceptis & praxi Rhetorices ac Dialectices exercitatus, & variarum rerum experientia edoctus; quibus positis exercitio huius artis reliqua feliciter perficiet.




Philosop.

Philosop. Regulas alicuius facultatis V.G.Grammatices,Syntaxeos,Prosodiæ, per quinq; loca parietis posui, ac multæ exceptiones vel membra occurrunt, siue in Philosophica siue in Theologica quęstione,seu in quauis alia materia proposita, quid in præsentiarum optimum factu videtur?

Philom. Quanquam in proposita quæstione omnes fere arborem varijs ramusculis effingendam suadeant, ac ideo arborem Porphyrianam vsurpari sciam: mihi tamen alius modus arridet. Ac Reuerendissimo D. Domino Antonio Ambrosino, viro omnibus artibus summopere dedito & exculto mirum in modum placuit (libuit enim hunc virũ bonum citare, pro summâ quâ in me fuit Romæ humanitate) huic inquam cum eum aperuissem, affirmauit postmodum sibi magno multis in rebus similibus memoriæ mandandis adiumento fuisse, atq; etiam mihi experientia, ipsa rerum puta repetitione probauit. fitq; in hunc modum regulis vel quæstionibus in angulis positis;ac si tum membra,exceptiones,variorum opiniones,vel objectiones

occur

occurrant, finguntur ianuæ in angulis, ac cubicula ſimplicia, duplicata, triplicata, quadruplicataq; pro re nata formantur, ac in ijs exceptiones, objectiones modo ſupradicto ponuntur, vt in ſequenti Schemate apparet.



Philosoph. Reliquum eſt, vt mihi ordinem caſuum declinationum pro ſingulari tui candore aperias, quem oppido neceſſarium ex multis intellexi.

Philom. Neceſſarium eſt vt pro ſingulari numero nudum, ac pro plurali veſtitum ac togatum ob oculos hoc modo ponas hominem. Nominatiuum ſupra caput. Genitiuum in ſiniſtra, Datiuum in dextra manu, Accuſatiuum in pectore, Vocatiuum in dextro, in ſiniſtro Ablatiuum ponas pede.

Ac

Simulachra casuum Singularis numerus, Pluralis.



AC si Nominatiuum exprimere desideres. V. G. Culter, ponas hominem nudum cultro lędentem caput; si cultrum in Accusatiuo pectus eodem perforantem. Si à cultris in Ablatiuo plurali sumas vestitum hominem, sinistro pede cultrum frangentem, &c.

DIALO



DIALOGVS IV.

De Imaginibus.



Hiloſ. Ne operam adhuc luſiſſe videar quantis quantis poſſum à te maximis contendo precibus, vt reliquias huius artis mihi detegere digneris. quid obſecro emolumenti inde foret ſi chartam, lineaſque ducendi rationem mihi communicaſſes, ni characteres formandi pingendique commonſtr:s modum?

Philom. Quanquam multi hac ſuper re verboſè ſatis egerint, ita vt operæ pretium forſan non foret de hiſce tecum agere: nihil ominus ne aliquid cælare tibi videar. Hæc de Imaginum nomine, definitione, diuiſione, cæteriſq; huc ſpectantibus breuiter ſic habeto. Nomina varia ſortitæ ſunt imagines, vel propriſſimo nomine imagines; ſimulachra, ſimilitudines, figuræ, formę, idęę, vel idola vocitãtur; & rectè quidem omnia vt ex Ariſtotele, Cic. Quintiliano ac D. Thoma

pteba

probari poteſt, præter vltimum quod mi-
nime dignum videtur, vt huic numero
aſcribatur, ſiquidem Cicero lib. 1. de
Finibus inquit.

Idola ſunt imagines inanes, id eſt, quæ
præter ſe ipſas nihil nobis denotant, cum
verò noſtræ imagines nos etiam in alte-
rius cognitionem inducant, quis non vi-
det idola ab horum numero tanquam
minus generali nomine reijcienda ſiqui-
dem idolum imaginem propriè duntaxat
dictam ſignificare videtur, non autem im-
propriã, vt ſi pileum pro ſe ipſo ponam:
ſunt enim imagines formæ quædam, vt
dicit Cic. lib. 3 ad Herennium, & notæ,
& ſimulachra eius rei quam meminiſſe
volumus. quod genus equi leonis aquilæ
memoriam ſi volemus habere, imagines
eorũ certis in locis collocare nos opor-
tebit. Ac eum imitatur Quintilianus in
11. Inſtitutionum inquiens: Opus eſt er-
go locis, quæ vel finguntur, vel ſumuntur
imaginibus vel ſimulachris, quæ vtique
2 1
fingenda ſunt: imagines ſunt notæ, qui-
bus ea quæ ediſcenda ſunt notamus. vt
quomodo Cicero dicit locis pro cera: ſi-

mulachra

mulachris pro literis vtamur, hactenus ille.

Est itaq; species rei intellectæ imago, quam intellectus agens in patiente producit: vel vt apertius. Species intelligibilis est imago rei intellectæ, quæ menti obuersatur, ac sanè appositè dicitur species. Si enim alicuius rei recordari in animo est, non eius substantiam materialem in animo pono, sed eius duntaxat speciem: nam non lapis in anima est, sed eius species, vt inquit Philosophus lib. 3. de anima. Vnde bene aduertis nos hic non de specie quinque vniuersalium agere. Est enim duplex species, vt ex prima parte D. Thomæ articulo 9. q. 13. colligere licet: Altera quæ sit natura communicabilis pluribus indiuiduis immediatè secundum nomen & rationem æqualiter participatam vt homo. altera verò secundum intentionem quæ in anima quiescat, vt species in anima, quemadmodum enim ipsi placet ibidem q. 85. in solutione 2. object. primi art. Mens abstrahit species a materia sensibili, intelligibili, communi & indiuiduali. Ac in secunda solutione primi artic. q. 84. asserit animam

animam corpora aliasve res non per essentiam, sed earum species intelligere: & addit ibidem artic. 3. & 4. quoniam nihil per infusas, sed tantummodo per eas quæ à rebus sensibilibus abstrahuntur, & in illis eum statuit ordinem. 2. 2. q. 173. in corpore 2. art. primum species sensui repræsentetur: secundo imaginationi: dehinc si fieri abstractio debeat speciei intelligibilis intellectui possibili offeratur qui phantasmatum species immutat secundum illustrationem intellectus agentis. promiscuè igitur hisce vti poteris terminis, si ab vltimo tantum abieris.

Philos. Estne alia distinctio imaginum præter illam Ciceronianam, vbi altera dicitur verborum; altera rerum?

Philom. Vtiq; alia propria quando pro re ipsa ponitur cuius est imago, vt cum B. M. Virginem pro seipsa pono; alia impropria cum eam pro Virgine statuo. Secunda diuisio alia perfecta ac firma est imago, vt rerum excellentium ac rararum. V.G. eclipsis solis ac lunæ; alia imperfecta seu imbecillis, vt rerum quotidianarum ortus solis ac occasus: illa multo fortius his memoriam excitabunt.

Rurſus quandoq; ſubſtantia pro accidente,quãdoque accidens pro ſubſtantia ponitur , cum pro magnitudine exprimenda hominem mihi notum magnũ conſtituam , ac pro albedine iuuenem cygno albiorem &c. pro fortitudine Herculem vel Elephantem , pro magnitudine gigãtẽ his accidentibus inſignes. illud cum vice verſa pro homine proceræ ſtaturæ. 1. Sumo quantitatem in longitudine excedentem.

2. Pro iuuene albo,candorem niuis.

3. Pro domino ſeruum , pro patre filium mihi cognitum,ſi iſte cognitus nõ ſit.

4. Pro igne lignum & viciſſim.

5. Pro ligno ignem.

6. Pro hieme glaciem , pro vere flores vel has temporis differentias more Hetruſcorum efferes apud quos ver cinctum erat florente corona: Æſtas erat nuda , & ex ſpicis habebat ſerta.

Autumnus totus erat ſordidus vuas calcans,Hiems erat conglaciata,& capillos niue conſperſos habebat.

Ver Venere , Æſtas Cerere,Autumnus Baccho,Hiems Vulcano ad ardẽtem for-

nacem

nacem aſtante, vel ventis vna cum eorum Rege Æolo exprimebatur.

7. Cum mediam aëris regionem pro niue ac cœlum pro angelo ſumimus qui ibi eſſe conſueuere. Caue putes nos hic ſubtiliter agere vt Vbi in circumſcriptiuum, definitiuum, & tertium modũ quo Deus in loco eſſe concipitur, diuidamus, ſed ruditer moraliterq; de his agimus.

8. Per humi cubantem hominem tardum pigrum; per ſtantem currentem, impigrũ frugique concipimus.

9. Cum talarem togam pro homine erudito pono. hic tibi vt Philoſopho longius exſpatiari licebit, & toto campo liberius diſcurrere. Ego duntaxat tumultuario opere ordineq; rem ipſam adumbrabo, tu ordinem formamque philoſophicam addes.

Vſurpantur præterea pro vniuerſalibus minus vniuerſalia vel indiuidua, vt pro homine Petrus, pro animali homo, vel leo; aut homo leoni inſidens, vt vtraque ſpecies inſinuetur.

Deinde pro efficientis, inſtrumenti, materiæque imagine effectum ſumo: vt corium vel calceum pro ſutore, acum vel

vestem pro sartore, hamum pro piscatore & vice versa.

Tertio sumi potest forma externa pro efficiente & effectu, vt rotunditas globi, quâ pro globo, quà pro tornatore vsurpari potest.

Quarto vnum pro pluribus nonnunquam ponitur, vt dux pro exercitu, decurio pro cohorte &c.

Quinto mensura pro mensurato ponitur, mensurę nomine etiam instrumenta mensurationis intelligi volunt, vt vlnam, stateram: pro institoribus, mercatoribus.

Sexto, Pictura vulgaris pro re depicta sumi poterit, pro vento vir plenis buccis inflans, pro angelo puer alatus prælegãti forma. pro dæmone homo hirsutus, cornutus, &c.

Virtutum & vitiorum simulachra expicta, multarumque aliarum rerum extant apud Poëtas.

Septimo pro generibus nominum homines eiusdem generis sumere potis es. pro diuitiis fœminam diuitem potius quam virum. pro ventis vero virum potius inflantem quàm fœminam: pro ge-

nere neutro autem hominem laruatum, mihi enim neuter est, cum ignorem virne an mulier sit.

Octauo, Antecedentia consequentium, & vicissim hæc illorum locum teneant, vt pro morbo sumatur mors, & mors pro morbo, pro culpa pœna: requiritur verò vt consequens semper aut plerumque sequatur antecedens.

Nono, Contraria pro contrarijs adhibentur, vt album pro nigro, nec refert quæ fuerit contrarietas logicáne an vulgaris, per se an per accidens, ergo nó magis calor & frigus, quam ignis & aqua, lupus & ouis censenda sunt contraria.

Decimo, habitus & priuatio sibi inuicem adiumento sunt, vt visus pro cæcitate, auditus pro surditate sumi potest.

Vndecimo, vnum cótradicentium pro alio sumitur, vt homo pro non homine: raro autem terminus negans pro affirmante.

Duodecimo, Æqualia æqualium munus obeant, vt hæc res fœlicius succedat, sumenda sunt æqualia eiusdem speciei, quæque pauca sunt. V. G. pro vno nano sumitur alter: sunt enim eiusdem, si ita

loqui licet, ſpeciei, cum hæc ſtatura in paucis reperiatur. nam alia ratione pro homine immodicæ proceritatis ſumo alium eiuſdem ſtaturæ mihi notiorem.

Decimotertio vti licet re ſimili pro ſimili, vt ceram pro reſina, pro ſale niuē: non quæuis ſimilitudo ſufficit, ſed opus eſt vt ſimilia in pluribus accidentibus imprimis vero externis conueniant, cuius generis ſunt color, figura, magnitudo, durities, mollities, perſpicuitas, læuor, aſperitas.

Decimoquarto ſignum rei ſignificatæ ſubſtituitur, vt pro verecundia ſumitur inconſtans rubedo, gemma in iuuentute pulcherrima, vt ait Lipſ. & cui hęc periit, cum iam totū perijſſe putat Plautus. nec mirum cum aſſerat Plato. ὅτι ζεὺς τὴν αἰδῶ πέμψειε τοῖς ἀνθρώποις. pro timore autem, qui ſeruitus ſecundum inclitum Oratorē maxima eſt, pallor.

Decimoquinto pro toto pars ſumitur & reciprocè, vt pro oculo pupilla, pro cerebro caput, pro muſculo crus.

Decimoſexto ortus pro corruptione, nam vnius generatio alterius eſt corruptio, vt pullum pro ouo, humanum cada-

uer

uer pro homine,& vice verſa.

Decimoſeptimo Signa tam naturalia quam humano arbitrio excogitata pro re ſignata, ſic lacrumæ triſtitiæ,hedera vini vendibilis tibi indices erũt. Item ſigna prognoſtica, mnemonica, &c. pro eo quod deſignant. pallida luna pro pluuia, rubicunda pro vento,&c.

Hæ imagines dictæ partim naturales, partim fictæ ſunt; ſed tu ſemper ſi aliqua ratione fieri poſſit naturalibus vteris,cum ſint multo alijs certiores.

Philos. Qui omnium optimè harum imaginum recordari potero?

Philom. Hiſce hoc aſſequêre adminiculis.

1. Si imaginem vt ſubſtantiam, veréque rem realem tibi fingas, ac ob oculos ponas.

2. Si Quantitatis accuratam rationem habeas, vt cubicula, parietes, angulos, iuſto nec minores,nec maiores ſumas, ac his proportionatas imagines formes:proportio hæc vel vera eſſe poteſt, vel imaginaria,hæc eſt rerum inæqualium, quæ phantaſiæ beneficio æquantur, minores augentur, maiores imminuntur donec

ad æqualitatem redigantur. Augmentum duplex eſt, vnum fit dilatatione, & extenſione; aliud verò multiplicatione: extenditur ea res quæ ab æqualitate non longè receſſit, multiplicatur verò quæ ſub iuſta mole longè non ſubſiſtit. Imagines rerũ maiorum idoneæ fiunt coarctatione, ſeu contractione, aut ſubductione; horum exempla hæc ſunt. Muſca extenſione augetur, elephas contractione diminuitur, formicæ multiplicantur, vel in cumulo frumenti occupantur: ac pro exercitu dux ponatur.

3. Si relationem ad inuicem habeant imagines vno in pariete ac cubiculo poſitas. V.G. ſi primo loco S. Auguſtinus, ſecundo Hieronymus, tertio Vigilantius poſitus ſit, ille iſti librum tradat, iſte in huius puta tertij faciem librum proijciat. Si in vno pariete non plures vel pauciores imagines ponas quam altero, prætorquam in concionibus vel orationibus ac eius generis materijs diſponendis, vbi ſi loci confirmationis ſe longius extendãt, vt ab honeſto, ab vtili, ſuaſerim talẽ partem à primo loco parietis incipere, & relinquere vnum alterumve aut plura

loca vacua in præcedenti pariete, quia hac ſeiunctione ſeu diuiſione memoria valde iuuatur.

Si in vno deniq; loco plures imagines vel res collocare velis, vt eam relationem ſeu connexionem ad inuicem habeant, quæ nonnullis catenula memoriæ vocatur, & hæc duplex eſt: naturalis cum res à natura cohæret, vt terra, aqua, aër, ignis, vel ſeptem planetæ: artificialis cum vocabulis imaginum actiones tales attribuuntur, vt vna ſe cum alijs exerceat. Vt ſeruus, menſa, orbis, Dominus, panis, culter, caro, ſal, os, dẽtes, gurgulio, ſtomachus, vt hæc duodecim verba certius infigantur hac connexione fiet. Seruus menſæ imponit orbem, ſupra quem dominus ſcindit panem cultro, & carnem, cui apponit ſalem, quæ ſimul in os imponit, dentibus maſticat, ac per gurgulionem in ſtomachum ad concoctionem faciendam immittit. Vel, Petrus flagellum canis porcus ſitula cereuiſia vermes arena. Petrus flagello cædit canem, hic porcum mordet fugientem & ſitulam euertentem in cuius fundo vermes ſunt, qui effuſi, ne nauſeam moueant aſpicientibus, arena

reguntur. Actiones quidem ridiculæ videntur, vt inquit Schenckelius, sed si in rebus seriis tempore & loco suo adhibeantur non carent sua vtilitate.

4. Si qualitatem habeant in extremis excedentem, non enim hic auream mediocritatem diligimus, vt nempe vel sit summæ pulchritudinis, vel monstrositatis imago. quod indicat P. Rauennates in Phœnice, inquiens, vt non modo sint raræ, sed & mirabiles, inusitatæ, iocosę, horrendæ, egregiæ, turpes. Quare tibi sedulo considerandi sunt affectus cuiusq; animalis, vt pote quod lupus sit vorax, leo fortis, lepus timidus, pauo superbus, pallida fames, tristis senectus, senem autem hunc in modum exprimendum docet Publicius, tremulum curuum gementem labiis demissis & cano mente &c. sed tu qui Poëta.

Hic des ingenio vela secunda tuo.

5. Si actionem affingas, secundum Tullium vbi eas viuentes seu vigore insignes constituendas docet, proinde vel seipsas vel ab alio moueantur oportet, Equus pede terram pulset, lupus ouem dilaniet. ab alijs mouendæ sunt quædam propter

propter animæ locomotiuæ abſentiam, vt lapis arbor, hæc inflectatur, iſte in altum ab homine proijciatur, quædam propter nimiam, vt ita loquar, paruitatem, vt pulices ab ancilla eos in ſtragula lecti inquirentem, & vngues inter ſe collidentem exprimantur; muſcæ flagello à melle abigantur.

6. Si pathetica imago ſit, quippe faceta, elegans, iucunda, admirabilis, ingenioſa, inſignis, turpis, iniucunda, vehemens, horrenda, crudelis, miſeranda, monſtroſa, abſurda, improba, à ratione aliena. Huius conditionis hæc ratio eſt, quia quæ pathetica ſunt, vt animum valdè mouent, ſic tenaciſſimè memoriæ inhærent.

7. Si durationem habeant, durabunt autem quam longiſſimè, ſi primo quemque parietem deinde totum cubiculum repetas; & ſi quidem bene vltra tendes, vbi errorem experioris ſubſiſtes, ac diligentius conſiderans, imaginemq; perfectius formans dabis operam ne ſecundò vſu veniat. Si ſingulis menſibus ſemel ad minimum imagines repoſitas mente percurras, ſi phantaſmata ſpeculeris, ſi ſollicitudinem apponas vt docet te Ariſto-

teles tuus, nosti & ipse tu non minorem quam quærere virtutem esse parta tueri.
8. Si vbi eas posueris bene obserues, vt quam primum inquirendæ sunt, non more ignauorum studiosorum, multū temporis in voluendis reuoluendisq; folijs insumas. Hoc assequêre si ordinare loca tibi comparaueris, & omnes facultates quas attigisti per artem in diuersis colloces ciuitatibus. V. G. Humaniora in Embricensi constituas ciuitate, Historias in Louaniensi, Græca Duaci, Philosophiam Coloniæ, Iurisprudentiam Parisijs vel Aureliis. Medicinam Pisæ. Theologiam Romæ, & si de quapiam ex his facultatibus mentio fiat, extemplo te ad eius ciuitatem conuertas, quam etiam eiusdem nomine insignire poteris, vt altera Theologica, Philosophica altera appelletur tibi ciuitas, & hîc quantum secretum mihi proprium aperio non facilè dixero.
9. Si situm conuenientem serues, hoc est, si pro re nata nunc stantes, nunc sedentes, nunc humi cubantes propter distinctionem constituas imagines. Item si imagines consueuêre esse in illo loco vbi ponendæ sunt: inuersæ vel alio situ ponantur,

nantur, vt si S. Ioannem Euangelistam citatum à Concionatore, eo in loco, vbi eius statua est, collocare velles, in capite eum constituas necesse est, vnde facilè aduertes non esse rem in eo loco, vel angulo solitam. Præterea vt caueas ne aliam suprà aliam constituas imaginem, id est ne 20. verbis. V.G. in cubiculo positis, alia 20. in eodem cubiculo vel supra hæc collocare attentes in confusionem & perturbationem tibi ipsi parere velis: faceres enim idem quod illi qui supra vnam lineam in charta iam depictam, aliam scribere volunt: ac ideo nec hanc nec illam commodè legere possunt. quod si id ob penuriam locorum facere cogeris, fingas tibi tapetes supra parietes affixos, sic vtriusq; recordari poteris, & dictum incommodum euitabis.

10. Si habitus bonam habeas rationem. Vt si Paulum V. Papam imaginari velis, ac eum nunquam videris, colloces eius loco Paulum quendam tibi familiarem habitu Papali ornatum. Si Matthiam Imperatorem nostrum, Matthiam quendam tibi notum coronatum imperiali coronâ & sic in cæteris. Si deniq; Doctorem, to-

gatum

gatum, diuitem annulo vel torque ornatum, militem loricatum & ſic cætera genera hominum conuenienti habitu conſtituas. Multaq; alia ſunt obſeruatu vtilia admodum, quæ omnia hîc recenſere non attinet, cum ipſa experientia & vſus te ea docebunt, vt primo ſi eundem Carolum tibi notum pro Carolo primo Imperatore, ſecundo, tertio, quarto eiuſdem nominis ponere velis, primo des cultrum in manibus, ſecundo furcam, tertio tridētem, &c. 2. Si tres Hiſpani exprimendi ſint, diſtinguantur cicatricibus, geſtibus, aut aliâ re attributa, quod infinitis modis fieri poteſt, vt ſi alter ſit gibboſus, alter monoculus, tertius ſine naſo, &c.

Si Deos Ethnicorum depingere velis, reperies multum adiumenti ad hoc commodè perficiendum ex antiquorum ſtatuis, ſimulachris, picturis; ex quibus etiam aliarum rerum imagines promptè, appoſiteq; effingere diſces, apud quos ita deſcribitur.

Saturnus homo ſenex, pannoſus, capite aperto, altera manu falcem; alterâ vero neſcio quid panno inuolutum geſtās, quod in fauces conijcere videatur, &

quatuor infantes propè habens.

Eiuſdem imago quædam ab Ægyptiis iuxta Serapidis ſimulachrum poſita tribus capitibus conſtabat, Leonis ſcilicet, canis, ac lupi.

Saturni habitus ab Euſebio depingitur quatuor oculis præditus, quorum duo antè, duo autem ponè erant affixi, viciſſimq; claudebantur, atq; patebant, ad humeros quatuor alas habens, quarum duæ erant expanſæ, duæ reductæ, ad caput duabus alis inſignitus.

Idem Saturnus apud Marcianum Capellam deſcribitur greſſibus tardus, glauco amictu caput tectum habens, dextra prætendens flammiuomum draconem caudæ ſuæ vltima deuorantem, canicie pruinoſis niuibus candicans atque ſubinde repueraſcens.

Ac alibi ab eodem conglaciatus, niue ac pruina coopertus, cuius capiti ſerpēs, interdumque Leonis, aut apri caput, dentes oſtentantis ſit impoſitum; oſtenditur.

Saturni in templi culmine Romani Tritonem cum buccina ſculpsêre.

Saturnus laneo vinculo pedibus vinctus toto anno cuſtodiebatur, præterquā

Saturnalibus, quibus soluebatur.

Iupiter à Phidia effectus sedebat in solio, ex auro & ebore effictus, corona capiti erat imposita, ad oleaginæ frondis imaginem, dextrâ Victoriam, & ipsam ex ebore, & auro præferebat, cum tænia & corona, læuâ sceptrum tenebat, omnium metallorum varietate distinctum, aquila sceptro incumbebat, aurei duo erant calcei, pallium item aureum in eo cùm diuersa animalia, tum ex omnium florum generibus lilia in primis cœlata erant: solium ipsum auro, & pretiosis præfulgebat lapididibus, animalium vero formis intercurrentibus pictura exornabatur, signa etiam in eo eminebant, Victoriæ quatuor saltitantibus specie ad singulos sellæ pedes: duæ itidem ad pedum calicem erant: in solij puteali supra simulachri caput erant Gratiæ ex vna parte tres, totidem Horæ ex altera.

Ioui Orpheus vniuersi figuram attribuit, ita vt caput vnà cum auratâ coronâ ipsum sit cœlum fulgentibus stellis conspersum, è quo aurata duo cornua exstēt, quorum alterum sit oriens, alterum occidens, oculi sol atque luna: aër ei sit instar

lati pectoris: eius humeri duabus magnis alis ſint præditi: ampliſſimus eius vterus, vaſtiſſima ſit hæc tellus, Oceano circumdata: pedes infima terrarum orbis pars exſiſtat: quæ mundi centrum appellatur.

Ægyptij Iouem Deum ſupra lotum ſedentem effinxerunt.

Iupiter Lycæus nudus effingebatur, niſi quod caprina pelle aliqua ex parte contegebatur.

Iupiter apud veteres effingebatur ſedens, in inferioribus partibus nudus, in ſuperioribus amiculo velatus, ſceptrum ſiniſtrâ tenens, dextrâ aquilam porrigens, interdumque victoriæ ſigillum.

Deus conditor apud Ægyptios erat humanæ formæ, cærulei coloris, circulum vnâ, alterâ manu ſceptrum tenens, in capitis vertice pennam habens, ex ore ouum emittens, ex quo Vulcanus excludatur.

Iupiter apud Cretenſes auribus carebat.

Apud Lacedæmonienſes quatuor auribus erat præditus.

Apud Argiuos tribus oculis ornabatur.

Iupiter à Martiano effictus in capite flammantem coronam habebat, & super ea velamen rutilum Mineruæ manibus confectum, vesti candidæ obduxerat hyalinos amictus, crebris stellis interstinctos, manu dextrâ duos orbes porrigebat, aureum alterum, ex electro alterum, læuâ nouem sororum chelim innitenti similis premebat, calceos induerat ex herba viridi contextos: insidebat ex pauonum pennis intextæ pallæ: sub calceis fuscinum deprimebat.

Iupiter à Polycleto effictus formâ iuuenili cum cothurnis, & alterâ manu poculum, alterâ verò Thyrsum tenens, cui aquila insideret.

Iouis Horcij statua apud Eleos fulmen vtrâque manu continebat.

Iupiter custos in Neronis numismate sedet, dexterâ fulmen, sinistrâ verò hastam tenens.

Iupiter in templo Deæ Syriæ supra duos tauros sedet.

Iupiter stator in antiquis numismatibus

bus ſtat nudus, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ fulmen geſtans.

Iupiter Seruator in numiſmate Diocletiani ſtat, dextrâ victoriam vel duas ſagittas, vel potius duo fulmina, ſiniſtrâ vero haſtam habens erectam.

Iupitet apud Troglodytas inſtar vmbilici erat, ex ſmaragdis aliiſque lapillis pretioſis coagmentata, ſubtus quidem lata ac rotunda quæ paullatim verſus cuſpem attenuatur.

Iupiter in Cariâ ſecurim tenens & gladium, pingebatur.

Iupiter Bacchum parturiens à Creſilocho depictus mitratus, muliebriter ingemiſcens, inter obſtetricia Deorum.

Iupiter apud Siciones pyramidis inſtar erat.

Iouis Ammonis effigies erat arietina ſpecie.

Eiuſdem ſimulacrum apud Arcades erat formâ quadratâ inſtar Hermarum.

Iupiter in Græcia alterâ manu auem, alterâ fulmen tenebat, variiſque floribus circa tempora erat redimita. Huius currus ab Aquilis trahi fingitur.

Aquila etiam cum Ioue pingitur vngui

guibus fulmen continens. Ecce variæ eiuſdem rei deſcriptiones, quanquam qui Theologi dicuntur tres numerent Ioues, vt inquit Tullius 3. de Nat. Deorum. ſed *Homer. Ili β.*

οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω.

Quid enim turpius, quam aut res ſordidas Deorum honore afficere? aut homines iam morte deletos, reponere in Deos. at cancellos noſtri inſtituti transgredimur. Siquidem non de imaginibus hic agimus, vt eos cultu diuino afficiamus aut dignos arbitremur: ſed quatenus in memoratiua nobis auxilio ſint ſcientia, quia humana cognitio potentior eſt circa ſenſibilia, vt ſupra citato loco inquit D. Thomas.

Philoſ. Gratæ vtiles iucundæque mihi ſunt auditu hæ variæ rerum, Deorumque ex veterum monimentis erutæ imagines; rogo in inſtituto tuo pergas, ac plures eius generis recenſeas, vt & ego ſimiles, cum res exigit poſſim formare imagines.

Philom. Quanquam forſan magis è re tua foret de his ipſos fontes auctoreſq; adire, quia tamen ita vis, voluntati tuæ

obſe

obſequar, ac quâ maximâ poſſum breuitate quaſdam ſimulachrorum deſcriptiones repetam: tu ſi quædam minus ad ſtomachum tuum, & rem præſentem facere videantur, ea per tranſennam duntaxat intuere, nam

Sunt bona ſunt quædam mediocria, ſed mala multa.

Vt vt ſit res ſanè & ſcitu & lectu per ſe digniſſima, ac in præſentiarum hoc eſt ad ſimiles imagines mente fabricandas vtiliſſimæ, ne dixerim neceſſariæ.

Vt ſoror pone ſit fratrem cum ratio, tum naturæ expoſcit ordo.

Iuno itaq; apud Marcianum, recto capite lacteo quodã galumnate prænitebat, in eius diademate erant gẽmæ inſertæ, quod ei Iris obtulerat. Ipſius vultus erat fratri Ioui ſimilis, niſi quod commutationum aſſiduarum nubilo crebrius turbabatur: eius veſtis erat hyalina, ſed peplum caliginoſum; item fulmen dextrâ, læuâ ſonorum tympanum tenebat, calcei erant admodum furui, quorum ſoleæ atræ noctis nigredine colorabantur: eiuſdem genua zona diuerſicolor ambiebat.

Iuno apud Fulgentium capite velo

obducto

obducto, & manu ſceptrum geſtans depingitur.

Apud Apuleium mulier exprimitur honeſtâ formâ, habens in capite candidũ diadema, ſceptrum manu geſtans, Caſtore & Polluce comitata.

In agro Corinthiaco ſedebat in ſolio, eximiâ magnitudine, auro & ebore fabricata: corona erat capiti impoſita, ea Gratias & Horas habebat: Dea manu altera Punicum malum, alterâ ſceptrum tenebat, cui cuculus inſidebat.

Apud Argos vitium ramis erat circumdata, Leonis pellem pedibus proculcans.

Apud alios æream forficem præferebat.

Apud nonnullos fingitur recta, manibus papauerum capita tenens, ac ad pedes iugum habens.

Iunonis ſoſpitæ ſimulachrum apud Lanuuinos caprinâ pelle amiciebatur, haſtam atq; parmam geſtans.

Iunonis Lucinæ ſimulachrum in Fauſtinæ numiſmatibus erat matronæ ſtolatæ ſtantis inſtar, quæ dextrâ pateram, ſiniſtrâ haſtam teneret.

Solis

Solis atq; Iouis inter se iunctorum imago aurata, imberbis apud Assyrios exstabat, quæ protensâ dexterâ aurigæ more flagellum, sinistrâ fulmen spicasque gestaret.

Sol à Martiano designatur naue, quæ diuersorum sententiis gubernata, huc illucve prout impetus fert, impellitur, eadẽque vniuersa conflagrat, ac pretiosissimis est mercibus onusta; cui septẽ fratres pręsunt: in qua leo ad malum, crocodilus extrinsecus est depictus; intrinsecus verò lucis fons scaturit, quæ occultis quibusdam viis per vniuersum orbem diuiditur.

Aegyptij Solem pingebant iuuenili ac rotunda facie, eúmque in naui collocabant, quem Crocodilus ferebat.

Scarabeus apud eosdem erat expressa Solis imago.

Phœnices lapidem nigrum, ad basim orbiculatum, atque latum, paullatimque in acumen vergentem, verum solis simulacrum habebat.

Apud Pæones pro Sole discus breuis, longo ligno appositus habebatur.

Solem Persæ figurabant hominem in antro degentem Leonis rictu cum thiara, &

Solis ſimulacrum apud Ægyptios caput habebat, cuius ſiniſtra pars erat raſa, dextra capillis contecta.

Sol Elephantipoli humanâ formâ erat effictus, caput arietis cum cornibus habebat, cœrulei erat coloris.

Phœbus à Martiano deſcribitur, edito conſidens, arduoque ſuggeſtu, atque in conſpectu quatuor vrnulas adopertas, viciſſimque alternis inſpectionibus enudans, quæ diuerſa ſpecie metalliſque ſunt formatæ, vna nempe ex ferro, alia ex argento, tertia ex plumbo, quarta propior Deo ex vitro: ſingulę autem rerum quædam ſemina, elementaque geſtabant, nam flamma anhelabat, quę vertex Mulciberi dicebatur: argentea vernantis cœli temperiæ renidebat, diceba turque riſus Iouis: plumbea hiemem repræſentabat, ac exitium Saturni vocabatur: vitrea aëris totius ſeminibus erat referta, Iunoniſque vbera appellabatur. Ex his vrnis Deus alternatim, quantum diſpoſitis ſat erat hauriebat. Currus Phœbi ab Ouidio deſcriptus totus erat aureus, niſi quod rotarum radij erant argentei, per currus iuga Chry-

ſoli

ſolithi erant infixi, ex ordineque erant gemmæ diſpoſitæ, quæ cum ſolis lumine ferirentur, mirabilem ex ſe fulgorem emittebant, currum trahebant equi quatuor, dicti Pyrois, Eous, Æthon, & Phlegon.

Phœbus & Diana apud Claudianum infantes effinguntur, quibus Thetis præbet cunabula, eoſdémque brachiis geſtat: dextrô Phœbum, ſiniſtrô Dianam. Phœbus eſt pubeſcentibus radiis criſtatus, & vagitu ignem deſpuit. Diana admotum os vberibus habet, & parua cornua emittit.

Diana Nymphæ habitu eſt induta, eius ſpecies à Claudiano leuis fingitur, ac ſimilis Phœbo: eius brachia ſunt nuda, comæ incomptæ à vento diſpergunguntur, geſtat arcum ſagittæ ei pendent à tergo, veſtis vſque ad poplitem fuſa gemino cincto aſtringitur.

Dianæ ſimulachrum apud Arcades erat ceruina pelle indutum, ex cuius humeris pharetra ſagittarum plena pendebat, alterâ manu facem ardentem, alterâ verò angues duos continebat: propè venaticus canis aſtabat.

Dianæ ſimulachrum apud Siculos altum erat, magnum veſte ad talos vſque contectum, facie iuuenili, virginali aſpectu, dextera ardentem facem præferebat, ſiniſtra arcum tenebat, ſagittæque ex humeris pendebant.

Eiuſdem Deæ ſimulachrum in Cypſelli arca erat alatum dexterâ pardum oſtentans, ſiniſtrâ autem Leonem. à poëtis autem triplici facie deſcribitur.

Dianæ currus à candidiſſimis ceruis, vel ab equis, quorum vnus niger, alter albus ſit, vel à boum bigis, vel à mulo vel a iuuencis tractus à Poëtis fingitur.

Dianæ aſſeclæ à Claudiano ſic depinguntur, humeris & brachijs nudæ, manibus ornatæ iaculis, ex humeris pharetram dependentem habentes, incomptæ, ſudoribus inquinatæ, viriles, comas ſine lege promiſſas habentes, veſtem gemino cingulo religatam ad ſuras demittentes.

In Lunæ ſimulachro, quod Nympham referebat: duo breuia cornua effingebantur.

Luna Apollinari effingebatur tanquam homo albus, cuius caput eſſet ancipitris.

Luna primo apparens candidis atque auratis veſtibus, accenſaque face in eius manus tradita repræſentabatur, ſemiplena calatho adumbrabatur, plena veſtibus ſubobſcuris deſignabatur.

Hecate triceps effingebatur, quorum dexteram caput erat equinum, ſiniſtrum canis, medium ruſticani hominis vel apri.

Martianus Lunæ ſimulachrum deſcribit triforme apud quod erãt multa ſiſtra, Cereris faces, Dianæ arcus ac Cybeles tympana.

Martem fingebant antiqui ferocem truci aſpectu, armatum manu haſtam atque flagellum geſtantem, nonnunquam equo, nonnunquam curru vectum, eius comites erant terror, timor, impetus, furor ac violentia, eius arma erant galea, quæ ardere, atque fulmenei coni loco affixum eſſe videbatur, thorace aurato, ac terribilibus monſtris referto, clypeo luce ſanguinea fulgente, quem fama præcedebat.

Martis ſimulachrum apud Lacedæmonios vinculis erat implicitum.

Apud Scythas erat Acinacis.

Martem Arabiæ Petrææ incolæ effingebant lapidem nigrum , quadratum, quatuor pedes altum,latum duos.

Eius ſimulachrum apud Acitas Solis inſtar erat radijs ornatum.

Mercurius in Antiquarijs Petri Appiani inberbis effingitur duabus paruis alis ſuprà aures affixis,nudus,niſi quod in dorſo palliolum habere videtur, dextrâ marſupium continens, quod ſuprà caput hirci iacet, ſiniſtrâ vero caduceum præferens,ad pedes gallo,& hirco iacente.

Eum Apuleius inducit puerum luculentum, nudum;niſi quod Ephebi chlamyde ſiniſtrum tegit humerum, flauis crinibus conſpicuum,inter cuius comas aureæ pinnulæ ſimul coniunctæ prominent,cum caduceo & virgula.

Martianus fingit Mercurium adoleſcentem venuſto,alto,& robuſto corpore, pubeſcentibus genis,ſeminudum incedētem, chlamideq; indutum paruâ,inuelatumq; cætera, humerorum cacumen obnubētē,palęſtrâ exercitū corpus habentē.

Mercurium interdum effingebant iuuenem formoſum, non tamen fucatum, ſed natiua virtutis ſpecie, vultu hilari, acribus

acribus oculis in basi quadrata.

Eius statua apud Tanagreos à collo suspensum arietem habebat.

In templo Iouis Olympij erat galeata, amicta chlamyde, & tunica, arietem sub ala portans.

Tricipitem interdum eum effingebant.

Venus pingebatur interdum ex mari mergens, in concha stans adolescentia, pulcherrima ac nuda, & aliquando per mare natans, ac quandoq; mari immergens, à Cupidine excepta: interdum concham manu tenens, roseo serto redimita.

Apud Paphios non humanam figuram præferebat; sed quiddam in basi latum, atque rotundum erat, quod paullatim in acumen vergebat.

Apud Saxones tale erat: stabat Dea in curru nuda, myrto capite cincta, ardentem facem pectore, dextera mundi figuram, sinistra mala aurea tria ferebat: post etiam erant nudæ Gratiæ, nexis manibus poma gestantes, auersis inuicem vultibus dona conferentes: iugales quadrigæ aderant, gemini cygni, totidemq; columbæ.

Venus Popularis à Scopa arieti insidés, pedeq; testudinem opprimens efficta fuit.

Venus in agro Corinthio erat victoriam porrigens.

Venus victrix in antiquo numiſmate cernitur mulier ſtolata, quæ dextrâ victoriolam porrigit, ſiniſtrâ verò neſcio quid hac forma Δ.

In quodam alio numiſmate eadẽ Dea cernitur, ſiniſtra clypeum ad humerum protenſum tenens, in quo duæ imagunculæ ſunt ex culptæ, dexterâ vero victoriolam porrigens.

In alio numiſmate mulier recta cernitur, quæ ſiniſtrâ veſtis lacinias tenet, ſurſumq; reducit, dexterâ vero neſcio quid porrigit, pomum videtur.

Venus apud Sicyonios erat efficta ſedens, manu vnâ aliquot papaueris capita tenens, alterâ pomum: in capitis vertice aliquid affixum habens cardinem referẽs.

* Venerem Ægyptij cornutam quoque ſicut & Lunam fingebant.

Venus in mõte Libano effcta erat capite obnupto, ſpecie triſti, faciẽ manu lęuâ intra amictum ſuſtinẽs quaſi lachrymans.

Venus dicta Morpho cernebatur ſedens, in capite tegumentum habens, & ad pedes pedicas.

Alibi extabat eius imago cum pectine,

& barba eiusq; superiora corporis cingulo tenus maris speciem præferebant, inferiora vero fœminæ.

Venerem Amores præcedebant faces præferẽtes, eius latera hinc Gratiæ, illinc Horæ claudebant, quæ floreis sertis Deã adornare videbantur.

Alij eam effingunt ponè Gratias, ad latera Cupidinẽ & Anterotem habẽtẽ. Alij volunt, eã Iocũ ac Cupidinẽ circũuolare.

Apud Petrum Appianũ extat puer nudus, alatus, myrtoq; coronatus, qui humi sedet & barbiton pulsat, quẽ inter crura continet, eius inscriptio est *Venus*. Ante hũc alius puer similis rectus stat, eũq; inspicit ambabusq; manibus in altũ eleuatis, comã vnà cũ facie muliebri tenet, ex ea pãnus vsq; ad mediã comã dependet: faciei inscriptio est *Iocus* pueri est Cupido.

Ianus duarum facierum, quarum vna est iuuenilis, altera senilis effingebatur.

Idem olim bifrons, altera manu sceptrum, alterâ clauem tenens fingebatur.

Ianus ita figuratus, vt ccclxv. notam haberet, à Numa dicatus fuit.

Ianus alterâ facie horrida, hirsuta, obscuraque; altera hilari pulchra, ac iuuenili effingebatur.

Ianus apud Hetruſcos quadriceps formabatur.

Duo Iani in foro apud argentarios Romæ viſebantur.

Iani templum à Numa eſt extructum, duas portas habens, in cuius veſtibulo inſigni in ſolio ſederet Ianus.

Belli portæ, quæ Romæ in Iani templo erant, centum æreis vectibus claudebantur; in cuius limine tanquam cuſtos aſſiſtebat Ianus. has cũ bellum alicui nationi eſſet decretum, conſul inſignis, quirinali trabea, & Sabino cinctu aperiebat, ipſoq; primo ingreſſo, cæteri ſequebãtur.

Apollo iuuenis flauâ cæſarie imberbiſq; effingebatur.

Alij eum pingebant; altera manu lyram; altera clypeum & ſagittas geſtantem. Vel alij dextera Gratias, ſiniſtra arcum cum ſagittis continentem. Nonnulli ſuis ſagittis Pythonem ſerpentem interficientem.

Apollo apud Ægyptios cum ſceptro pingebatur, in cuius vertice oculus impoſitus erat.

Apud Spartanos quatuor aures, quatuorq; manus habebat.

Lapis

Lapis quidam, pyramidis ſpeciem referens à Megarenſibus ſub Apollinis nomine colebatur.

Apollinis ſignum nudum erat apud Patrenſes, pedibus tantum calceatis.

Iſidis ſimulachrum apud Ægyptios nigris veſtibus erat indutum, mulierem referebat, quæ duo cornua vaccæ inſtar in capite haberet, dextrâ ſiſtrum tenens, ſiniſtra ſitulam, totumq; eius corpus cõtinuatis vberibus denſabatur. Item ab eiſdem eius tempora ſerpente cingebantur.

Pan à Silio Italico deſcribitur pendenti ſimilis, ac vno cornu inſcribens in terra leuia ſigna, dextera laſciuiens, caudam mouens; cincta tempora habens pino: ex cuius fronte rubicunda parua cornua erumpebant; aures habens arrectas, barbam hiſpidam tenens pedum, ſiniſtrum latus velatum habens pellẽ damæ, ſemper ſaltitans.

Faunus, Syluanus, ſatyriq; paruã quandam breuemq; caudam habebant, erant ſertis redimiti ex lilijs, atq; arundinibus confectis, interdumq; ex populo, ac fœniculo coronabantur.

Satyri caprarum instar aures habebant acutas, erant calui: duo cornicula ex eorum capite eminebant: erant rubrâ facie, humano aspectu, pedes habebát caprinos.

Dij Fidij simulachrum apud Romanos sic effingebatur: marmor erat in fenestellæ modum formatum, in quo tres imagines exsculptæ erant, dextra quidem virilis, habitu spacifico, sinistra verò muliebris erat, eodem habitu, coronam in capite ex lauro gestans, quæ dextram dextræ iungebat cum priore imagine: in medio harum duarum ingenui pueruli effigies cernebatur, cuius suprà caput erat *Fidius* apud imaginẽ dextrã virilẽ *Honor*: in sinistra imagine *Veritas* legebatur.

Deæ Syriæ simulachrum suprà duos leones sedebat, alterâ manu sceptrum, altera fusum gestans, radijs caput eius insigne erat.

Iris fingebatur muliebri habitu, versicolore veste, nonnunquam & crocea in obsequium expedita, alis versicoloribus.

Magna mater describitur à Martiano grandæua corpulenta, quæ floridã & discolorem vestem herbida palla sibi contexuit, in qua totus gemmarum, metallorũq; cẽsus, atq; omniũ prouẽtus cernũtur.

Ea in numiſmate Fauſtinę ſic cernitur, mulier corona turrita redimita, quæ ſedet dextero brachio ſedi innixa, ſiniſtra autẽ clypeũ tenens ſupra genu collocatũ, ex vtroque latere ſingulos leones habens.

Heræ ſimulachrum apud Arcades ſceptrum tenebat; & vas quæ ciſta dicitur, genibus tenebat.

Bonæ Deæ imago effingebatur ſceptrũ ſiniſtrâ manu tenens, vite eius capiti incumbente, ad latus erat ſerpens, & myrteus baculus.

Neptunus in agro Corinthio effictus erat in curru vnà cũ Amphitritide vxore ſua, vbi puer quoq; Palæmon Delphino innixus viſebatur, equi quatuor currum trahebant: Tritones duo erant ad latus: in baſi media quæ currum ſuſtinebat, mare erat ex ſculptum, atque Venus, quæ inde emergebat, Nereidibus, comitata.

Idem à Martiano deſcribitur nudus, viridis: coronam inſtar ſalis albam habens atque canus.

Neptunus in numiſmate Veſpaſiani & Adriani cernitur nudus, ſtans, ſed in læui humeri tergo propẽdet amictus, dextraq: trilorẽ ſcuticã: læua elatũ tridẽtem tenet.

Pluto à Martiano deſcribitur colore pallidus, in capite geſtat coronã ex ebeno, in manu ſceptrum paruũ tenet. Item ſuper ſolium reſidet, interdumq; galeam geſtat, Cerberus ei ad pedes iacet. Pindarus virgam in manibus tradit, qua animos ad inferos perducat: alij clauem præbent.

Plutus effingebatur cæcus, claudus, item interdum lecticâ vectus, interdum velox pedibus.

Rhodij Plutum videntem, alatum, ac inauratum habebant.

Minerua vultu hilari formabatur, & truculento, glaucis oculis, longam haſtam & cryſtallum clypeum habens, galea erat armata, pectus ægide tegebatur.

Alij eam fingebant tanquam exiſteret ex Iouis capite à Vulcano ſecuri adamantina ſciſſo.

Eius ſimulachrum Athenis habebat Sphingem in galeę cono, & ex vtraq; parte galeæ gryphes, interdum & ſupra galeam gallum.

Item ibidem recto ſtatu erat, cum tũnica talari ad pedes habebat clypeum, ad imam haſtam draconem, item & noctuã.

Apud Meſſenios, cornicẽ manu tenebat.

Apud

Apud Græcos ambabus manibus colum tractabat.

Bacchi imago quandoq; pueri formã, interdum adoleſcentis, aliquando & ſenis referebat, nuda interdum, interdumq; veſtibus contecta cernebatur. Aliquando erat in curru, aliquando ſine curru.

Idem ſertum geſtabat ex hedera vnà cùm corymbis factum, duo etiam cornua, quæ recenter ex temporibus videbantur prodire: panthera ante eius pedes cernebatur.

Martianus Baccho falcem in dextera tradit, & cantharum in ſiniſtra, eumque aſpectu iucundum ac hilarem deſcribit. Idem nonnunquam fœminio habitu indutus, coma effuſa, capite redimito roſeis ſertis, comites Bacchas habẽs pingebatur.

Bacchus in Cypſeli arca erat exſculptus promiſſa barba, talari veſte, quique in quodam antro, vitibus ac fructiferis arboribus multis circumdato iacens, pateram porrigeret.

Interdum autem pingebatur hedera coronatus, pelle tigris indutus, thyrſum vel ferulam geſtans.

Cereris effigies matronã referebat, ſertis

ſpiceis

ſpiceis redimitam,papaueriſque faſciculum manu tenentem, cuius currum duo dracones traherent. Apud Siculos victoriæ ſignum geſtabat.

Ceres dicta Nigra ſaxo inſidebat, muliebri figura, præter caput quod equinū, & cum iuba eſſet, ſerpentibus & aliis feris ad caput alludentibus, reliquo corpore ad imos pedes tunica velato; alterâ manu delphinem, columbam alterâ præferebat.

Typhon effingebatur, ita vt eius ſuperior pars hominem referret, is verò pennis cōtegebatur, prodigioſæ erat magnitudinis: ex vtrâque manu centum angues capitibus exporrectis emergebant: crura ſerpentina erant, circum quæ alij ſerpentes implicabantur. qui vniuerſum corpus ambientes, vſque ad caput pertingebant: quod horridis ſqualidiſque crinibus contegebatur, qui per collū atque humeros ſe diffundebant: barba ad pectus illud vaſtum promittebatur, oculli truces erant, & ex ſe veluti ſcintillas emittebant: os flammas affatim emittebat.

Priapus puer effingebatur craſſus ac deformis, interdum barbatus, comam impexam habens, nudus, dextraque falcem tenens,

tenens. Aliquando cernebatur panno opertus, cuius ipſe lacinias in ſinum reducebat, in quo omnium generum fructus continebat.

Eidem ſerta ex hortenſibus herbis cōficiebant, ipſéque longam arundinem ſuprà caput habebat.

Comi imago eſt iuuenis mollis, nec adhuc ephebi, is aſtat ad thalami fores, vbi ſponſi cubant, ipſe præ nimio vino eſt rubicundus, &, quia ebrius eſt dormit rectus; dormit autem faciem in pectus deiiciens, & gutteris nihil oſtendens, ſiniſtram venabulo ſubſtinens: ſed manus ſuſtineri viſa, ſoluitur: vnde & quæ eſt in dextera facula manū præ ſōnio longuentē, effugiſſe videtur. Pauimentum ac loca vicina sūt floribus referta, ſed & ipſe De' floribus contexto ſerto eſt redimitus.

Lares iuuenili figura pingebantur, canis pelle veſtiti, quibus canis aſſiſtebat. Interdumque obuoluti toga in humerum ſiniſtrum, & ſub dextero formabantur.

Genius in vetuſtis numiſmatibus patet, an dexterâ manu ſupra aram proiicere, quæ ara eſſet ſertis ornata, læuâ vero propendulum flagellum: vel ſimile quid-

dam

dam tenere videtur.

Genij mali effigies erat colore vehementer atro, cætera ſpecie maximè formidabilis, ac amictus ei lupi pellis erat.

Fortuna duos temones moderans effingebatur.

Eadem apud Smyrnæos erat effícta, polũ capite ſuſtinẽs, manu Amaltheæ cornu ſuſtinens, alij & gubernaculum addunt.

Apud Thebanos eius in manibus Plutus puer erat effictus.

Bona & mala fortuna ita eſt depicta: ſedet in ſolio mulier ſtolata ſubtriſtis, cuius dexteræ dexteram iungere videtur adoleſcentula egregia forma ac liberali, quæ ſtat ante illam: poſt vero matronam ſedentem puella quædam manum ſupra ſcabellum tenere, & ei inniti videtur.

Nemeſis ſimulacro apud Athenienſes corona capiti erat impoſita, qua & cerui & victoriæ ſigilla continebantur: in altera manu erat ramus fraxineus, in altera phiala, in qua Æthiopes expreſſi erant.

Cupido cœleſtis à Philoſtrato alatus, corpore lucido & maximè pulchro ac facem geſtans deſcribitur.

Cupido viſebatur apud Eleos, palmæ ra-

ramum in manibus habens, quem Anteros ex eius manibus extorquere ſumma vi nitebatur, ſed fruſtra.

Cupido, Pauſiæ opus, cernebatur, abiecto arcu, & ſagittis lyram tenens.

Cupidines aligeri ab Acheſilao efficti cum leæna ludentes, quorum alij eam relegatam tenerent, alij è cornu cogerent bibere, alij calcearent ſoccis.

Hercules apud Gallos effingebatur ſenex penè decrepitus, caluus, fuſcus, & rugoſus, leonina pelle indutus, clauam dexterâ, ſiniſtrâ arcum tenens, pharetrâ ex humeris dependente, catenulis verò ex auro & electro admodum tenuibus, linguæ eius extremitate perforatâ, inſertis maximam hominum multitudinem non inuictam, ſed ſponte ſequentem, auribus alligatis trahens.

Æſculapius apud Epidaurios ſedebat in ſolio, ſcipionem tenens, & alterâ manu draconis caput premebat, cane ad pedes decumbente.

Æſculapius apud Phliaſios erat imberbis, ex auro, eboréque confectus, ſceptrum dexterâ, ſiniſtrâ verò domeſticæ pinus pomum tenens.



DIALOGVS V.

De Numeris.

P*Hilos.* Quid de numeris arithmeticis cenſendum?

Philom. Numerus arithmeticus vt in citationibus perneceſſarius, ſic in aliis quamplurimis rebus vtiliſſimus eſt. Exprimitur paſſim his inſtrumentis.

1. Cultro. 2. Furca. 3. Tridente. 4. Quadrato. 5. Manu. 6. ſtella. 7. Securi. 8. oculariis. 9. cornu 10. cruce ruſticorum.

Philos. Numerum decennario maiorem quomodo mihi exprimendũ ſuades?

Philom. Hoc quamuis à nullo adhuc ſatis commodè traditum ſit, tamen modum ex meo tibi depromam penuario, quem ſi bene intellexeris, haut dubito, quin maximopere probaueris.

Eſt hic vt tres ordines ſumas: primũ hominũ, ſecundũ inſtrumentorum, tertium actionum, quæ tria ab eâdem inchoentur

tur litera. Quisque ordo contineat nouem vocabula, quæ etiam maximum numerum tibi iudicare poterunt.

Primus significabit numerum, denario minorem, secundus decurias, tertius centurias.

1. *Ioannes Iaculo Iaculatur.*
2. *Zeno Zelo Zelat.*
3. *Tertullianus tridente triturat.*
4. *Quadratus, quadratum quadrat.*
5. *Quintilianus quinquefolium quiritat.*
6. *Sextus Stellam Sectatur.*
7. *Septimius securi secat.*
8. *Otto ocularia osculatur.*
9. *Nouitius nouacula nocet.*

His ita menti infixis facili negotio numerum decennario, centenario, millenarioque maiorem in loco imagine exprimes. E. G. si centesimum vndecimum obseruare numerũ necesse sit, constituas in loco Ioannem iaculo iaculantem auẽ, vel aliud quid. Si quadringentesimum octuagesimum quintum. Quadratum ocularia quiritantem, & sic in cæteris.

Quoniam autem numeri infiniti sunt, est quod propositum maiorem cen-

tena

tenario in periodes diuidamus, easque in limites subdiuidamus.

In prima periodo tres semper erunt limites similiter in sequentibus omnibus excepta vltima, in qua nunc vnus, nunc duo, nunc tres limites reperiuntur, prima periodus caret denominatione millenaria. E. G. trecenta quinquaginta septem, numerus est primę periodi.

Secunda verò denominatur à millenario simplice: vt trecenta quinquaginta septem millia numerus est secundæ periodi.

Tertia periodus denominatur à millenario bis repetito: vt trecenta quinquaginta septem millia millium.

In quarta ter nomen mille iteratur.

In quinta quater & sic deinceps. Raro autem vtimur numeris plurium periodorum, nec quantum memini vllum extat exemplum excepto numero arenæ apud coryphæum matematicorum Archimedem, quanquam animo concipere aut describere quantumuis magnum numerum quilibet possit. Prima periodus componatur cum primo conceptu insito alicuius quadrati, secunda cũ secundo

& sic

& sic deinceps. Componendi ratio facilis est, cum ipsemet periodus actioné suppeditet, quâ fit coniunctio. V. G. Tertulianus quadrato triturat, significat trecenta quadraginta tria, si trituret frumentum, sensus hic erit, trecenta quadraginta tria millia &c.

Alij ipsis arithmetices figuris, sed magnis aureo vel quopiam alio insigni colore, memoriam facilè ob excellentiam excitante vtuntur.

Nonnulli Itali alia vtuntur methodo si quippe 200. ponere velint, constituunt crepidam vel calceum vnum Capuccinorum depentem à furca, si 30000. à tridente depentes duas crepidas.

Quidam annulos, thomices, circulos, poma, globos ad hæc exprimenda cum ipso numero arithmetico, vel instrumento assumunt, sed tu primo vtere ordine.

Philos. Citationes librorum, Epistolarum, quâ ratione exprimam?

Philom. Eas superioribus propriis nominibus, instrumentis & figuris arithmeticis corūdēq; actionibus cōmode efferre poteris. V. G. si S. Marcum Euangelistam Capite primo citari audiuisti, vel

cita

citare animus ſit. Colloces Marcũ quendam tibi notum, caput proprium perforantem cultro; ac ſic ex capite caput, ex cultro primum numerum in memoriam reuocabis: Significat enim culter ſicut & candela mnemonicę artis peritis primam figuram arithmeticam vt ex Schenckelio detecto impreſſo apud Vincentium. Prælectione 6. fol. 101. cognoſcere poteris.

Numerum librorum duobus modis efferes. I. ipſis digitis perſonæ, & ſi excedit manum, ponere licebit imagines in partibus corporis humani. Vt ſi 4. Reg. cap. 9. in loco collocandum ſit, des Regi cuidam in manu dextrâ inſtrumentum ſacrum, cuius quatuor digiti erecti oſtendent librum quartum; ac altera manu cornu ori apponat illudque inflet, atque habebitur ex ore vel capite caput, ex cornouem.

11. Si S. Auguſtini Confeſſiones in loco collocare velis, des alicui Auguſtino vel Auguſtiniano noto in manibus librum tuum proprium confeſſionum, quem ſæpius reuoluendo vel intuendo tibi familiarem feciſti, & oſtendat illum: Ac

ſi plures libri huic colligati ſint, quippe eiuſdem Soliloquia, Meditationes, tum frons libri oſtendatur, ſi priorem placet deſignare; ſi ſecundum occiput: ſi tertium priora cornua, & ſic in cæteris vſque ad ſextum, vix plures ſimul colligari conſueuêre. Poſſunt etiam diſtingui coloribus, vt Euangelium S. Ioannis aurei, Epiſtola nigri, Apocalypſis albi coloris eſſe fingatur; vel pro Epiſtola ſcribens ponatur Ioannes Euangeliſta, pro Euangelio prædicans, pro Apocalypſi oculis in cœlum defixis, tanquam res inuſitatas ac diuinas animo voluens. Conſtituas denique S. Auguſt. cor manu tenentem tanquam amore flagrantem: Hieronymum cum Leone ei aſſedente, vel ſeipſum catena ferrea flagellantem, Gregorium cum Columba humero eius inſedente. Chryſoſthomum ore aureo diſſerentem, & ſic in cæteris.

Philos. Intellexi quandoque ludum chartarum, latrunculorum, ſcacorum vt vocant, per hanc artem dextrè exerceri poſſe.

Philom. Verum id eſt, & ego hoc in exemplari manu ſcripto Romæ legi: ſed malim hæc te ex alio quam me addiſcere. interim nihil accommodatius ad hoc perficiendum inuenies, quam decem illa nomina propria ad numerum arithmeticum exprimendum à me poſita. Sunt & nonnulli qui hac arte operationes arithmeticas peragunt, aſſumentes locum cuius ſuperficies ſingulæ excepta ſuprema nouem inſitos contineant, & ſi velis V.G. addere duos numeros eorum ſingulas notas cum duobus ſupremis ordinibus inſitorum compone: ſupremi inſiti quatuor perpend. ſuperficierum vnum ordinem dicuntur conſtituere. Poſtea additis duabus notis eiuſdem limitis, quæ conflatur ſi ſolitaria fuerit, coniungetur cum inſito eiuſdem limitis in infimo ordine: ſi verò duæ notæ reſultent ſiniſtra addenda erit notis limitis ſequentis. Eâdem etiam ratione reliquæ operationes arithmeticæ ſolâ mente peragi poſſunt.

F I N I S.